

7.4.
⟨Capitulum quartum⟩
⟨De fallaciis extra dictionem⟩

7.4.I.
⟨De fallacia accidentis⟩

(1) Sequitur de fallaciis extra dictionem, et primo de fallacia acci-
dentis. Dictum est autem prius, in ultima parte secundi capituli,¹
quod fallacia accidentis fit ex defectu syllogismi ostensivi quan-
tum ad illationem, cum tamen appareat esse syllogismus. (2) In
5 proposito autem accipitur ‘accidens’ non prout distinguitur con-
tra substantiam, nec prout inter praedicabilia distinguitur contra
genus, speciem, differentiam et proprium, nec pro casuali aut for-
tuito, nec communiter pro propositione contingenti, sed pro medio
non sufficienter ordinato ad inferendum de necessitate conclusio-
10 nem. (3) Est ergo fallacia accidentis deceptio proveniens ex eo
quod conclusio videtur sequi syllogistice ex praemissis et non se-
quitur ex eis. (4) Causa apparentiae huius fallaciae est similitudo
paralogismi ad verum syllogismum, et causa defectus est defec-
tus formae syllogisticae, propter quem non de necessitate sequitur
15 conclusio ex praemissis. (5) Fit ergo fallacia accidentis credendo
propter ordinationem praemissarum et conclusionis ad similitu-
dinem syllogismi quod conclusio de necessitate sequatur ex eis,
cum non sequatur. Et sic saepe propter veritatem praemissarum
credimus quod conclusio sit vera quae non est vera. (6) Tot autem

7.4.I: *E* 86^{va}, *T* 65^{vb}, *V* 84^{vb}, *B* 83^{vb}, *K* 132^{va}, *G* 63^{va}

5 autem] *ETKG*: ergo *VB* 7–8 speciem ... fortuito] etc. *T* 8 pro] *EVB*: in *K*:
nec *praem*. *G*: *om*. *T* 11 ex praemissis] *VBKG*: *om*. *ET* 12 eis] *EVBG*: ?his
K: praemissis *T* 13 paralogismi] *ETVB*: *om*. *KG* 14 quem] *KG*: quam *ETVB*
18 cum] *EVB*: quod *T*: tamen *K*: tamen *add*. *G* || sequatur] *VB*: sequitur *ETKG*
19 credimus] *ETKG*: ultra *add*. *VB* || est] *EVKG*: sit *TB*

1 Cf. § 7.2.5, p. 000.

Summulae, De fallaciis

sunt modi huius fallaciae quot modis contingit in apparente syllogismo a debita forma syllogistica deviare. Hoc autem contingit quasi innumerabilibus modis: pluribus enim modis contingit fieri syllogismos formales et rectos, et multo pluribus modis contingit a rectitudine deviare quam recte ire.

5

Istud quartum capitulum est de fallaciis extra dictionem. Quod habet septem partes secundum septem fallacias extra dictionem et habet octavam partem de totali numero fallaciarum.

Secunda incipit ibi 'Dicturi de fallacia'; tertia ibi 'De fallacia'; quarta ibi 'Postea'; quinta ibi 'Si volumus'; sexta ibi 'Deinde'; septima ibi 'Ultimo'; octava ibi 'Determinatis'.

10

Prima pars habet sex clausulas. (1) Quarum prima proponit dicenda et resumit quod dictum est prius quod est ad propositum; et est satis manifesta.

Sed tamen apparentia syllogismi, per quam fit haec fallacia, non debet esse ex parte vocis, immo ex parte intentionum et rerum significatarum. Et similiter defectus, licet circumscriberetur consideratio vocum significatarum, sicut ante dictum fuit;² aliter non diceretur fallacia extra dictionem.

15

Paralogismus autem accidentis sic debet apparere syllogismus quod sit oratio constituta ex praemissis et conclusione secundum ordinationem propinquam verae formae syllogisticae. Et ideo, si esset apparens consequentia et non necessaria enthymematica aut inductiva aut alia, non fieret ista fallacia inde, sed alia. Sed per appositionem alterius praemissae, expressae

20

1 modis contingit] *ETVB*: modi contingunt *KG* || apparente *ETV*: apparenti] *BKG* 2 a] *TVB*: et *E*: in *KG* || deviare] *ETVB*: *om.* *KG* 3 quasi] *ETVB*: *om.* *KG* || innumerabilibus] *ETB*: in innumerabilibus *V*: innumeracionibus *KG* || modis] *ET*: *om.* *VBKG* || pluribus] *ETKG*: plurimis *VB* 3-4 contingit ... rectos] *ET*: fiunt syllogismi recti et formales *VBKG* 4 multo pluribus] *VBKG*: multiplicibus *ET* 7 habet] *ETVB*: *om.* *KG* 10 deinde] aliter *add.* *E* || ultimo] *ETKG*: dicturi *add.* *V*: ultima ergo *B* 11 determinatis] *ETB*: ex *praem.* *KG*: ex praedeterminatis *V* 12 sex] septem (!) *V* 13 manifesta] manifestum seu *praem.* *E* 14-15 debet esse] *ETVG*: debet *B*: venit *K* 15 significatarum] *TVBG*: significatarum *EK* 16 defectus] *VKG*: fieret *ET*: de eo *B* 17 fuit] *ETVK*: est *BG* 20 consequentia] conclusio *T* 21 et] *EVKG*: *om.* *TB* || necessaria] aut *add.* *V* 22 inde] in dictione (!) *K* || sed] *ETKG*: nisi *V*: *om.* *B* || expressae] *ETVB*: *om.* *KG*

2 Cf. §7.2.1., pp. 000-000.

7.4. De fallaciis extra dictionem

vel subintellectae, fieret reductio ad apparentem syllogismum. Sic autem poterit salvari distinctio huius fallaciae a sequentibus fallaciis.

(2) Secunda clausula ostendit quid debeamus intellegere per hoc nomen ‘accidens’, quando istam fallaciam vocamus ‘fallaciam accidentis’; et
 5 est totum manifestum. Et videtur haec sententia consonare ei quod dicit Aristoteles primo *Elenchorum*, scilicet quod paralogimus accidentis non est elenchus, quia non est syllogismus. Et quod non sit syllogismus, probat dicens: “Non enim si haec sunt, necesse est hoc esse,”³ idest in paralogismo
 10 accidentis non est necesse: si haec sunt, idest si praemissae sunt verae, hoc esse, idest conclusionem esse veram, scilicet quia non sequitur ex praemissis. Et ideo etiam in secundo *Elenchorum*⁴ dicit quod est una communis solutio in omni paralogismo accidentis quod non est necessarium, idest quod non ex necessitate sequitur talis conclusio ex talibus praemissis.

Sed tamen rationabiliter dubitatur quare tale medium vocatur ‘accidens’. Et ego respondeo quod similitudinarie sic vocatur, quia primo *Posteriorum*⁵ propositio necessaria dicitur ‘per se’ et propositio contingens et non necessaria dicitur ‘per accidens’. Ideo etiam ad huiusmodi similitudinem syllogismus de necessitate concludens dicitur ‘per se’, et non de necessitate concludens dicitur ‘per accidens’, et eius medium vocatur ‘accidens’.

20 (3) Tertia clausula describit fallaciam accidentis, et (4) quarta assignat eius causam apparentiae et causam defectus, et (5) quinta quomodo fiat haec fallacia. Et sunt haec omnia manifesta, si moderentur secundum praedictam.

5 haec] EVKG: ex B: om. T 6 primo] ETVB: in praem. KG || non] ETV: om. BKG 8 non enim] VB: om. ETKG 8-9 est ... necesse] om. K 8 idest] EVKG: et T: om. B: def. K 9 sunt] ETVK: om. BG 10 esse] om. E || quia] EVKG: ?qui B: quod T 11 et ... etiam] ETVB: nam KG || in] VB: primo et in add. ETKG 12 omni] ETG: omnes V: quolibet K: om. B || paralogismo] paralogismos V || non] om. T 14 rationabiliter] V: hic add. B: notanter (!) ETK: notabiliter G 15 quia] ETKG: non add. B: nam V 17 huiusmodi] ETKG: huius B: eius V 18 dicitur] ET: diceretur VBKG 19 dicitur] ET: diceretur VBKG 20 assignat] signat E 21 causam] ETB: om. VKG 22 si moderentur] ETV: si moderantur G: si mutantur K: om. B

3 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168a38.

4 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 24, 179a26-b6.

5 Cf. Aristoteles, *Analytica Posteriora*, 1.6, 74b5-13.

Summulae, De fallaciis

(6) Sexta clausula ostendit quomodo multiplices sunt modi huius fallaciae. Circa quod notandum est primo quod multi in hac fallacia ponunt multos paralogismos qui non sunt de hac fallacia. Verbi gratia:

‘omne ens est naturale;
statua est ens; 5
ergo statua est naturalis’.

Male autem dicunt, quia iste non est paralogismus, sed est verus syllogismus, et est conclusio vera, si praemissae sunt verae, necessario.

Ponunt etiam de hac fallacia istum paralogismum:

‘homo est species; 10
Socrates est homo;
ergo Socrates est species.’

Quod non est verum, si ex eo decipiatur quod ‘homo’ in maiore et minore accipitur secundum diversam suppositionem, scilicet materialem et personalem. Si tamen aliquis crederet ibi esse debitam formam syllogisticam, posito quod secundum eandem suppositionem sumeretur ‘homo’ in 15
utraque praemissa, ipse deciperetur secundum fallaciam accidentis, quia est forma defectuosa propter hoc quod non debet esse maior particularis vel indefinita in prima figura.

Sed iste paralogismus: 20

‘omne animal rationale mortale est homo;
animal rationale mortale est definitio;
igitur definitio est homo’

non deficit secundum hanc fallaciam, ut isti putant, sed secundum fallaciam amphiboliae, ut alias dictum est.⁶ 25

1 sexta] *ETBKG*: quinta *V* || multiplices] *TKG*: multiplici *EVB* 5 est] *E^c om. E* 7 sed] *del. E* || est] *EKG*: *om. TVB* 8 conclusio] *ETVB*: haec *praem. KG* || sunt] *EVBG*: sint *TK* 13 si ... eo] *ETVKG*: *om. B* || decipiatur] *ET*: decipiantur *K*: decipiamur *VG*: *om. B* 14 accipitur] *EBKG*: accipiat *TV* 15 si tamen] *VB*: sed *EKG*: sed si *T*

6 Cf. § 7.3.4, p. 000.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Similiter dicitur de isto paralogismo sive syllogismo:

‘Coriscum cognoscis;
Coriscus est veniens;
ergo venientem cognoscis.’

- 5 Sed hoc non est bene dictum, quia iste est bonus syllogismus et formalis et de necessitate inferens conclusionem.

Si tu diceres quod istum paralogismum et consimiles vocavit Aristoteles de fallacia accidentis in secundo *Elenchorum*, dicens: “Sunt autem omnes huiusmodi orationes secundum accidens. ‘Ergo nosti quod debeo
10 te interrogare?’ ‘Ergo nosti venientem’ vel ‘coopertum?’”⁷, ego respondeo quod per haec verba non intendit Aristoteles tales paralogismos quales nunc immediate formabantur, sed intendit tales paralogismos qui deficiunt in forma syllogistica, ut:

‘tu cognoscis Coriscum;
15 Coriscus est veniens vel coopertus;
ergo tu cognoscis venientem vel coopertum.’

Similiter:

tu scis quot florenos habes;
et hoc volo te interrogare;
20 ergo scis quid volo te interrogare.’

1 dicitur] *T*: dico *EKG*: om. *VB* || sive syllogismo] *ETKG*: dicunt *praem. B*: om. *V* 2 Coriscum] *BKG*: Coriscum *ETV*: sic semper 5 et] *EVKG*: ideo *T*: om. *B* 7 si] *EKG*: sed *TVB* || diceres] *VBKG*: dices *ET* 8 autem] *ETV*: etiam *KG*: om. *B* 9 ergo] *TVB*: om. *EKG* || nosti] *TBKG*: cognosti *V*: noscis *E* 10 interrogare] *ETBG*: ignorare *V*: intellegere *K* || nosti] *TVKG*: noscis *E*: nosco *B* || coopertum] *ETV*: Coriscum (!) *B*: repertuum *KG* 11 intendit] *VBKG*: intellexit *ET* || Aristoteles] *ETK*: om. *VBG* || tales ... quales] *EKG*: tales syllogismos quales *V*: tales syllogismos vel paralogismos *T*: talis syllogismus qualis *B* 12-13 intendit ... syllogistica] istos *T* 12 intendit] *VKG*: intellexit *E*: intellegit *B*: def. *T* 13 ut] om. *TVBKG* 15 vel coopertus] *ETVB*: om. *KG* 16 tu] *ETV*: om. *BKG* || vel coopertum] *ETV*: vel Coriscum coopertum *B*: om. *KG* 18 quot] *EK*: quod *BG*: quos *V*: om. *T* 20 scis quid] *E*: tu *praem. VBG*: tu scis quod *K*: hoc *T*

7 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 24, 179a32-a34.

Summulae, De fallaciis

Non enim valent tales syllogismi propter appellationes proprias quas habent termini sequentes ista verba: ‘scio’, ‘cognosco’, et talia de quibus dixi in practica *Sophismatum*.⁸

Similiter dicunt aliqui paralogismum accidentis esse istum:

‘omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis; 5
isosceles est triangulus;
ergo isosceles habet tres angulos aequales duobus rectis.’

Et hoc est falsum, quia est bonus syllogismus et bona demonstratio, licet non secundum quod ipsum.⁹ Nec Aristoteles primo *Elenchorum*¹⁰ volebat dicere hunc esse paralogismum accidentis, sed istum: 10

‘omnis triangulus habet tres etc. secundum quod triangulus;
isosceles est triangulus;
ergo habet tres angulos aequales duobus rectis secundum quod
isosceles.’

Defectus enim non est in praemissis, quia bene sunt dispositae ad infe- 15
rendum conclusionem de necessitate, scilicet istam: ‘ergo isosceles vel fi-
gura habet tres etc. secundum quod triangulus,’ sed est defectus quia in-
fertur alia conclusio, quae non de necessitate sequitur ex illis praemissis,

1 tales] *EBKG: om. TV* 2 et talia] *ETKG: et alia V: om. B* 5 angulos] etc.
G 5-14 aequales ... isosceles] *ETVB: om. KG* 7 isosceles habet] *ETV:*
om. B: def. KG || tres angulos] *TV: om. EB: def. KG* || aequales ... rectis] *T:*
etc. *EVB: def. KG* 8 est] *ETV: om. B: def. KG* || falsum] *ETB: et male*
dictum *add. V: def. KG* || est] *ET: iste praem. V: hic praem. B: def. KG* ||
licet] *ET: om. VB: def. KG* 11 etc. *ET: triangulus V: om. B: def. KG* || secun-
dum ... triangulus] *EVB: om. T: def. KG* 13 habet tres] *ET: om. VB: def. KG*
13-14 angulos ... isosceles] *E: etc. ETB: isosceles etc. V: def. KG* 15 non] *om.*
B 16-17 vel figura] *exp. E* 17 etc.] *E: om. TVBKG*

8 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet),
cap. 4, soph. 12, p. 81¹⁷-84².

9 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De demonstrationibus*, §8.6.4, p. 146-
147, *Summulae, De syllogismis*, p. 000 et Aristoteles, *Analytica posteriora*, I.4,
73b29-39.

10 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168a35-b4.

7.4. De fallaciis extra dictionem

quamvis non sit simpliciter inepta ordinatio praemissarum, tamen inepta est ad inferendum talem conclusionem.

Similiter dicunt istum paralogismum esse accidentis:

‘Coriscus est alter ab homine;

5 Coriscus est homo;

ergo Coriscus est alter a se.’

Et hoc dicunt, quia expresse Aristoteles ponit ipsum in primo *Elenchorum*.¹¹ Sed hoc non est bene dictum, quia iste est verus syllogismus, inferens conclusionem de necessitate, sed maior est falsa. De hoc autem quod ponit

10 Aristoteles eum, responderi potest duobus modis.

Primus est quod Aristoteles posuit eum tamquam syllogismum verum et formalem, sed peccantem in materia et habentem conclusionem manifeste falsam. Sed Aristoteles intendebat quod praemissa falsa, scilicet maior, probatur apparenter per paralogismum accidentis, quem Aristoteles statim

15 subdebat, qui est talis:

‘Socrates est homo;

et Coriscus est alter a Sorte;

ergo Coriscus est alter ab homine.’

Non enim sequitur conclusio ex praemissis, quia ‘homo’ non distribuebatur

20 in praemissis, et distribuitur in conclusione.

Secundo modo potest dici quod Aristoteles non posuit illum bonum syllogismum, licet peccantem in materia, tamquam paralogismum accidentis, sed istum:

1 quamvis] *ETKG*: ergo *add. VB* 4 alter] *ETVG*: aliter *praem. sed del. B*: aliter *K* 7 Aristoteles] *EVB*: dicit *praem. KG*: *om. T* || ponit] *ETVB*: et *praem. KG* 9 maior] *ETVB*: conclusio *K*: *om. G* 10 eum] *ETVB*: *om. KG* 11 posuit] *ETVG*: ponit *BK* || verum] *ETV*: unum *praem. B*: bonum *KG* 12 et] *ETVB*: *add. KG* || sed] *EVBG*: et *K*: *om. T* 13 falsa] *ETVG*: fallacia (!) *K*: *om. B* 17–18 alter ... est] *ETVBK*: *om. G* 17 alter] *ETVB*: ?aliter *K*: *def. G* 18 alter ... homine] aliter a Corisco (!) *K* 19–20 quia ... praemissis] *om. K* 21 posuit] *ETBG*: ponit *VK* 22 licet] *sed B* 22–23 tamquam ... accidentis] *om. T*

11 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 166b28–36.

Summulae, De fallaciis

‘Coriscus ab homine est alter;
Coriscus est homo;
ergo Coriscus a Corisco est alter, et sic est alter a se.’

Et sic diceretur quod textus noster esset corruptus ex vitio scriptoris vel
translatoris. 5

Alios etiam modos ponit Aristoteles,¹² quando ex divisio inferimus
coniunctum, ut:

‘ista statua est opus;
et est tuum;
ergo est opus tuum,’ 10

vel

‘iste est canis;
et est tuus;
ergo est canis tuus,’

similiter: 15

‘iste canis est pater;
iste canis est tuus;
ergo est pater tuus.’

Talis syllogismus non concludit de necessitate gratia formae, sed in multis
valet gratia materiae, et si ob hoc credat aliquis ipsum valere in aliis, ipse 20
decipitur. Et alibi dictum est in quibus valeat et in quibus non.¹³

Quomodo, non specificice, sed secundum quasdam generales rationes,
possunt distingui modi huius fallaciae, potest videri distinguendo modos
verorum syllogismorum ad quos paralogismi huius fallaciae habent simi-

2 Coriscus ... homo] *VBKG: om. ET* 4 diceretur] *ETKG: diceremus VB* 12–15
iste ... similiter] *ET: om. VBKG* 17 iste canis] *ET: et VBKG* 18 pater
tuus] canis pater *E* 20 credat] *ETKG: credit VB* || ipse] *ET: om. VBKG*
21 valeat] *ETV: valet B: valeant KG* 22 non] *om. G* 23 potest videri] *EVBG:*
potest sic responderi *K: om. T* || distinguendo] *V: ducendo ETB: dicendo KG*

12 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 24, 179a34–36.

13 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet),
cap. 4, soph. 7, p. 76^{3–9} et 77^{23–78}7.

7.4. De fallaciis extra dictionem

litudinem, sed ab eis deficiunt. Possunt ergo fieri syllogismi ex praemissis categoricis vel hypotheticis. Ergo ad similitudinem illorum qui fierent ex hypotheticis, fit paralogismus a divisione sic:

5 ‘vel tu es asinus vel tu non es asinus;
sed tu non es asinus;
ergo tu es asinus;’

videtur enim removeri unum membrum et concludi alterum.

Vel sic:

10 ‘omne animal est rationale vel aliquod animal est irrationale;
sed aliquod animal non est irrationale;
ergo omne animal est rationale.’

Ita etiam ad similitudinem illorum qui fierent ex hypotheticis praedictis, ^{Klopt dit?} fiunt tales paralogismi:

15 ‘quidquid emisti, tu comedisti;
illud crudum emisti;
ergo comedisti crudum;’

vel

20 ‘quotienscumque fuisti Parisius, tu fuisti homo;
bis fuisti Parisius;
ergo bis fuisti homo,

vel

‘quidquid habuisti et non habes, amisisti;
decem digitos habuisti et non habes;
ergo decem amisisti,’¹⁴

1 praemissis] *ETBG*: propositionibus *add. V*: praedicatis *K* 2 fierent] *EBKG*:
fiunt *T*: erant *V* 7 removeri] *ETBG*: removere *VK* 9 animal] *VBKG*: *om.*
ET 10–11 sed ... rationale] *om. K* 12 praedictis] *posui: om. ET*: praemissis
praedicamentibus *V*: praedicamentibus *B*: praedicationibus et *K*: praedicationibus
et *G* 13 paralogismi] *ETKG*: *om. VB* 15 illud] *EB*: *om. TVKG* 17–24 vel
... amisisti] *ETVB*: et sic de aliis *KG* 18 fuisti] *ET*: tu *praem. VB*: *def. KG*
24 amisisti] *TVB*: etc. *add. E*: *def. KG*

14 §7.3.10, p. 000.

Summulae, De fallaciis

In his enim paralogismis maiores sunt hypotheticae, si dicamus temporales et locales esse hypotheticas, ut alias dictum est.¹⁵

Syllogismorum autem ex categoricis praemissis quidam sunt reduplicativi, quidam non, quidam ex obliquis, quidam non. Et ad similitudinem reduplicativorum ponit Aristoteles istum paralogismum: 5

‘omnis triangulus habet tres angulos secundum quod triangulus;
figura est triangulus;
ergo figura habet tres angulos secundum quod figura.’

Ad similitudinem autem syllogismorum ex obliquis est iste paralogismus:

‘cuiuslibet contradictionis altera pars est vera; 10
sed ista: ‘tu es asinus’ est contradictionis alicuius altera pars;
ergo ipsa est vera.

Item, syllogismorum ex rectis quidam sunt modales, alii de inesse, et alii mixti; alii de praesenti, quidam de praeterito vel futuro; quidam in prima 15
figura, quidam in secunda, quidam in tertia. Et contingunt circa omnia haec coniugationes inutiles et plures quam modi recti, ut apparet primo *Priorum*.¹⁶ Et omnes illae coniugationes inutiles sunt modi paralogismorum huius fallaciae, ut si arguatur ex puris particularibus, vel indefinitis, aut ex ambabus negativis in prima figura, vel in secunda figura ex ambabus 20
affirmativis, vel in prima aut secunda ex maiore particulari, etc.

Iterum, argumenta fiunt aliquando ex divisio ad coniuncta ad similitudinem syllogismorum, quia sunt duae praemissae et una conclusio, et saepe in talibus non sequitur conclusio de necessitate. Ideo posuit Aristoteles de hoc paralogismos huius fallaciae, scilicet:

3 autem] *VBKG*: scilicet *add. ET* 4 quidam ... non] *om. V* 6 angulos] *V*:
om. ETBKG 8 angulos] *V*: *om. ETBKG* 11 alicuius] *EBKG*: *om. TV*
13 ex] *ETB*: concludentem *praem. V*: de *KG* 14 praesenti] *ETVB*: contingenti
KG 17 paralogismorum] *ETB*: particulares *KG*: *om. V* 19 in ... figura] *ETVG*:
in secunda figura *K*: *om. B* || figura] *ETVB*: *om. KG* 20 aut] *ETB*: figura *praem.*
V: in *add. KG* 21 fiunt] *ET*: bona *add. VB*: sunt bona *KG* || ad coniuncta] *ET*:
ad coniunctum *VKG*: a coniunctim *B* 22 et] *ETKG*: etiam *add. V*: ?idem *add. B*

15 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De propositionibus*, § 1.7.2, p. 73⁵⁻⁶.

16 Cf. Aristoteles, *Analytica Priorum*, 1.8-12; 16-22.

7.4. De fallaciis extra dictionem

'iste canis est pater;
iste canis est tuus;
ergo est tuus pater', etc.

Et multae sunt aliae divisiones syllogismorum verorum. Ideo manifestum
5 est quomodo quasi innumerabiles sunt modi huius fallaciae accidentis.

7.4.2.

⟨De fallacia secundum quid et simpliciter⟩

(1) Dicturi de fallacia secundum quid et simpliciter, dicamus secundum sententiam Aristotelis secundo *Topicorum*,¹⁷ quod dictum 'simpliciter' vocatur terminus sumptus sine addito respectu ipsius sumpti cum addito, et ipse sumptus cum addito vocatur dictum
10 'secundum quid', ut 'homo' et 'homo albus', vel 'albus' et 'albus dentes' vel 'homo' et 'homo mortuus'. (2) Est ergo fallacia secundum quid et simpliciter deceptio proveniens ex eo quod credimus ex dicto secundum quid sequi dictum simpliciter, vel econverso, cum tamen non sequatur. (3) Causa apparentiae est partialis quaedam
15 identitas dicti secundum quid ad dictum simpliciter, et causa defectus est diversitas eorum. (4) Fit ergo fallacia secundum quid et simpliciter credendo propter identitatem partialem dicti secundum quid ad dictum simpliciter quod sequatur hoc ex illo, cum tamen non sequatur. (5) Modi autem huius fallaciae principaliter

7.4.2: E 87^{va}, T 66^{va}, V 85^{vb}, B 85^{ra}, K 133^{va}, G 64^{rb}

1 iste] ET: om. VBKG 2 iste canis] ET: et VBKG 3 etc.] ETG: om. VBK 4 divisiones] ETKG: distinctiones VB 5 est] ETBK: om. VG || quomodo] EVBG: quod T: quoniam K || modi huius] huiusmodi E || accidentis] modi add. E 6 quid] VBKG: similiter add. necnon del. E: similiter scilicet add. necnon del. T 6-7 secundum] ETKG: iuxta VB 10 vel] VBKG: ut E: om. T || et albus] ETV: secundum add. BG: secundum K 11 ergo] autem E 12 credimus] credamus E 14-15 quaedam] ETKG: quidam B: om. V 15-18 simpliciter ... dictum] om. K 18 ad dictum] ETG: et dicti VB: def. K 19 autem] ETB: om. VKG || principaliter] T: primi EVB: om. KG

17 Cf. Aristoteles, *Topica*, II.II, II5b30-35.

Summulae, De fallaciis

sunt duo: unus est procedendo a dicto secundum quid ad dictum simpliciter, alius est procedendo econverso. (6) Et uterque dividitur secundum diversam habitudinem additionis ad dictum simpliciter cui additur. Et est unus modus si sit pure restrictiva ipsius, secundus si sit pure ampliativa ipsius, tertius si sit pure alienativa suppositionis eius, quartus si participet in his tribus condicionibus vel duabus earum. 5

Ista secunda pars est de fallacia secundum quid et simpliciter. Quae habet sex clausulas. (1) Prima clausula ostendit quid hic vocamus ‘dictum simpliciter’ et ‘dictum secundum quid’, et est satis manifesta. Unde manifestum est quod dictum secundum quid ad dictum simpliciter est vel vere vel similitudinarie sicut pars in modo ad suum totum. 10

(2) Secunda clausula describit fallaciam secundum quid ad simpliciter et est satis manifesta. (3) Et tertia assignat causam defectus et causam apparentiae huius fallaciae. (4) Et quarta dicit quomodo fiat haec fallacia. 15

Et circa ista notandum est quod illa partialis identitas quae dicitur in hac fallacia causa apparentiae, est inclusio dicti simpliciter in dicto secundum quid, vel rationis dicti simpliciter in ratione dicti secundum quid, ut quod hoc dictum ‘homo’ includitur in hoc dicto ‘homo albus’.

Potest autem haec partialis identitas et inclusio esse secundum vocem. 20 Et tunc, si propter convenientiam talem vocalem crederemus hoc sequi ex illo, cum non sequeretur, ista esset fallacia secundum dictionem. Quam oporteret reducere ad fallaciam figurae dictionis, quia bene esset similitudo seu convenientia vocis ad vocem, ipsis tamen existentibus diversis secundum materiam, quia pars integralis differt a suo toto et tamen vox dicti simpliciter 25 est pars integralis vocis dicti secundum quid, etiam quantum ad materiam dictionis vel orationis.

1 est] *ETVB: om. KG* || a dicto] *ETG: de dicto VB: ad dictum K* 2 est] *ET: om. VBKG* 3 additionis] *ETV: dictionis B: om. KG* 4 cui] ?cuius *E*
9 hic] *VB: om. ETKG* 14 manifesta] *ETVB: unde manifestum est per praedictam clausulam add.: KG* || causam] *ETV: om. BKG* 15 fiat] *ETBK: fit V: fiet G*
17 inclusio] conclusio *V* 17-18 dicti ... rationis] *om. V* 17 in dicto] *EBKG: ad dictum T: def. V* 18 rationis] *EBKG: ratione T: def. V* 19 albus] *ETKG: mortuus VB* 22 sequeretur] *ETV: sequatur BKG* 24 ipsis] *TVKG: ipsius EB*
25 quia] *ETVB: et KG* || differt] deberet (!) *K*

7.4. De fallaciis extra dictionem

Sed etiam huiusmodi partialis identitas vel inclusio potest esse quantum ad rationes seu intentiones, etiam circumscripta voce vel consideratione vocis. Semper enim ratio dicti simpliciter includitur in ratione dicti secundum quid, scilicet vel in recto vel in obliquo, vel cum variatione termini
 5 aut terminorum quibus dictum simpliciter et dictum secundum quid connectuntur in consequentia. Verbi gratia, sit ratio hominis ‘animal rationale’, tunc dicitur homo pictus in pariete, quia est imago repraesentativa animalis rationalis; et est homo mortuus, quia fuit animal rationale et non est; et est homo generandus, quia non est animal rationale sed erit; et est homo gene-
 10 rabilis, quia potest esse animal rationale et non est. Et si albus dicitur, quia albedine coloratus, tunc dicitur albus pedem, quia habet pedem albedine coloratum, et sic de aliis.

Si ergo ex huiusmodi inclusione et partiali identitate intentionum seu rationum crederemus quod ex hoc sequeretur illud, cum tamen non sequeretur, manifestum est quod esset fallacia extra dictionem, et hanc vocamus
 15 ‘secundum quid et simpliciter’.

(5) Quinta clausula dividit manifeste istam fallaciam in duos modos communes. Si enim dicamus ‘est homo mortuus; ergo est homo’, proceditur a dicto secundum quid ad dictum simpliciter; et si dicatur ‘non est homo; ergo non est homo mortuus’, proceditur a dicto simpliciter ad secundum quid.
 20

(6) Sexta clausula subdividit istos modos. Primus ergo modus est, si additio restringat dictum simpliciter, ut stet pro paucioribus quam staret sine additione, sed tamen non pro aliis quam staret. Et tunc dictum simpliciter
 25 praedicatur universaliter et affirmative de dicto secundum quid, et non econverso, ut ‘omnis homo albus est homo’, sed non ‘omnis homo est homo

2-3 voce ... vocis] consignificatione vocis consideratione sui T 4 cum variatione] E^cVB consequentia .?. E: connotative T: notatione KG || termini] ET: verbi aut praem. VBKG 6 sit] EVBG: si T: sicut K 7 quia ... imago] E: est imago T: in pariete add. VBG: om. K 8 quia] si T 9 quia] ETBK: qui VG || est] ETV: om. BKG 10 quia] ETVB: qui KG || rationale] TVB: om. EKG || si] ETVB: sic KG || quia] qui G 11 pedem] ETVG: secundum praem. BK || quia] ETB: qui V: om. K || habet pedem] om. K 14 sequeretur] ETVB: sequitur KG 14-15 sequeretur] ETVG: sequatur B: sequitur K 20 a dicto] E: ad dictum T: econverso a V: a BKG 22 sexta] quinta K || istos] ETV: duos add. B: duos KG 24 quam staret] EKG: om. TVB

Summulae, De fallaciis

albus'. Et in istis manifestum est quod est consequentia bona affirmativa de dicto secundum quid ad dictum simpliciter, et est bona negativa e converso, tenens per locum a parte totius in modo ad suum totum et e converso, eo modo quo dictum est in tractatu *De locis dialecticis*.¹⁸ Sed negative non valet de parte totius in modo ad suum totum ubi negatio distribueret partem et totum, nec etiam affirmative e converso. 5

Sunt ergo in primo modo huius fallaciae tales paralogismi:

'non est homo albus;
ergo non est homo',

vel

10

'non est homo;
ergo non est',

vel etiam

'est homo;
ergo est homo albus'.

15

Et sunt alii paralogismi in hoc modo magis latentes, ubi negatio occulte implicatur, verbi gratia,

'facio Sortem esse hominem calidum;
ergo facio Sortem esse hominem'.

Hic enim est magna apparentia argumenti, quia omnis homo calidus est homo, et tamen antecedens est verum et consequens falsum, quia non facio Sortem esse hominem quando calefacio ipsum ad ignem meum. Hoc argumentum non valet, quia hoc verbum 'facio' connotat negationem cadentem 20

1 affirmativa] *ETVB*: affirmative *KG* 2 est] *ET*: om. *VBKG* 3 in] si *E* 4-5 negative ... suum] om. *K* 4 negative] *ETBG*: negativa *V*: def. *K* 6 affirmative] *EKG*: valet *praem.* *V*: valet *praem.* *B*: om. *T* || e converso] sed sit fallacia secundum quid et simpliciter *add. T* 7 ergo] *ETVB*: om. *KG* 13-15 vel ... albus] *ETVB*: om. *KG* 21 quia] *ETK*: om. *VBG* 21-22 non ... hominem] *K*: om. *ETVBG* 22 meum] *VBKG*: facio ipsum calidum ergo *add. E*: facio ipsum calidum sed *add. T* || hoc] *ETK*: igitur *add. VBG*

18 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De locis*, §6.4.2. ■
klopt deze verwijzing?

7.4. De fallaciis extra dictionem

super terminum significantem illud quod facio; sequitur enim ‘facio hominem; ergo ille non est homo’, ‘facio hominem calidum; ergo ille non est calidus, vel saltem non erat immediate ante hoc homo calidus’. Et similiter est hic:

5 ‘Socrates incipit esse homo albus;
ergo Socrates incipit esse homo’,

vel

‘incipit esse homo;
ergo incipit esse’.

10 Similiter est hic:

‘Socrates est alter ab homine albo;
ergo Socrates est alter ab homine’,

vel econverso

15 ‘Socrates non est alter ab homine albo;
ergo non est alter ab homine’,

similiter

‘tantum homo est animal rationale;
ergo tantum homo est animal,’

etc.

20 Secundus autem modus est, si additio sit pure ampliativa, ut ‘opinabile’, ‘intellegibile’, ‘possibile’, et multa alia. In his enim dictum secundum quid praedicatur universaliter de dicto simpliciter, et non econverso. Ideo est bona consequentia affirmativa ex dicto simpliciter ad dictum secundum

2 hominem] hominis *add. E* 3 hoc] *ETKG*: homo vel *VB* 5 albus] *ETVG*: calidus *BK* 6 Socrates] *ETBG*: *om. VK* || homo] *EVBK*: *om. TG* 8 incipit] *ETVB*: Socrates *praem. KG* 12–14 Socrates ... Socrates] *om. B* 13–15 vel ... homine] *om. K* 14 albo] *ETBG*: *om. V: def. K* 15 ergo ... homine] *ETVG*: *om. B: def. K* || homine] *ETBG*: albo *add. V: def. K* 19 etc.] *ETV*: *om. BKG* 23 affirmativa] *ETB*: affirmative *KG*: *om. V* || ex] *EVKG*: a *T*: de *B*

Summulae, De fallaciis

quid, et econverso bona negativa; et non est bona affirmativa ex dicto secundum quid ad dictum simpliciter, nec econverso est bona negativa, sed est fallacia secundum quid et simpliciter.

Unde fiunt tales paralogismi:

‘Antichristus est possibilis; 5
ergo Antichristus est’,

vel

‘mons aureus est intellegibilis;
ergo mons aureus est’,

vel 10

‘vacuum est ens opinabile;
ergo vacuum est’,

vel econverso,

‘vacuum non est;
ergo vacuum non est opinabile vel intellegibile’. 15

Omne enim ens est ens opinabile vel intellegibile, sed non omne opinabile est ens, vel intellegibile est ens.

Hoc enim verbum ‘est’ vel hoc nomen ‘ens’ respectu huius verbi sine ulteriore additione non dicitur nisi de praesentibus, sed istae additiones ‘opinabile’, ‘opinatam’, ‘intellegibile’, ‘intellectum’, ‘scibile’, ‘scitum’ et huius- 20
modi, faciunt ea stare non solum pro praesentibus, sed etiam pro praeteritis et futuris, et pro his etiam quae numquam erunt vel fuerunt, sed possunt esse.

Aliqui etiam ponunt in hoc modo istum paralogismum:

‘chimaera est ens opinabile; 25
ergo chimaera est ens’,

1 negativa] *ETVB*: negative *KG* || affirmativa] *ETVB*: affirmative *KG* 2
est] *ET*: om. *VBKG* || negativa] *ETVB*: negative *KG* 3 est] *ETKG*: esset
VB 16 ens] *ETVB*: om. *KG* 17 est] *ETKG*: om. *VB* || vel ... ens] om. *K*
18 nomen] *ETBK*: participium *VG* || verbi] *ETG*: est add. *T^cVB*: ?sum add. *K*
19 dicitur] *ETB*: dicuntur *VKG* || additiones] dictiones *V* 22 pro] *ET*: om.
VBKG || sed] *EVBK*: vel *TG*

7.4. De fallaciis extra dictionem

vel

‘chimaera est opinabilis;
ergo chimaera est’.

Sed non curo de hoc, quia antecedens est ita impossibile sicut consequens,
5 prout alias dictum est.¹⁹

Tertius modus est quando dictum secundum quid pro nullo supponit
pro quo supponit dictum simpliciter. Sicut isti termini ‘homo’, ‘equus’, ‘la-
pis’ praedicati de subiectis suis mediante hoc verbo ‘est’ supponunt solum
pro praesentibus, ita non supponunt isti termini ‘homo generandus’, ‘equus
10 mortuus’, ‘lapis corruptus’. Et similiter est si dico: ‘syllogismus est syllogi-
smus peccans in forma.’ In istis ergo nec est bona consequentia affirmativa
a dicto secundum quid ad dictum simpliciter, nec e converso, sed est bona
negativa.

Ideo sunt in hoc modo isti paralogismi:

15 ‘Caesar est homo mortuus;
ergo ipse est homo’,

‘Antichristus est generandus;
igitur Antichristus est’,

20 ‘paralogismus accidentis est syllogismus peccans in forma;
ergo est syllogismus’.

6 secundum quid] VBKG: simpliciter ET 7 simpliciter] VBKG: secundum quid
ET 8 praedicati] E: praedicatur T: ?praedicamentes VBKG || subiectis] EVTB:
substantiis KG 9 ita] ET: pro quibus VB: et sic KG 10 lapis corruptus] VBG:
om. ET: vel corruptus K || est si] ETVG: esse si B: esse K 11 forma] igitur est
syllogismus add. B || affirmativa] ETVB: affirmative KG 12 a] EVKG: de T: ad
B || sed] ETVB: om. KG 13 negativa] ETVB: negative KG 15 Caesar] ETVB:
Socrates KG 16 ipse] ETBG: om. VK 17 generandus] VBKG: homo add. sed
exp. E: homo praem. T 18 est] EBKG: homo vel Antichristus est generandus
ergo ipse est similiter add. T: homo add. necnon del. V

19 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet),
cap. 1, concl. 5, pp. 21⁵–22².

Summulae, De fallaciis

Similiter est hic:

‘quicumque dicit Deum esse, dicit verum;
ergo quicumque dicit Deum esse et hominem esse asinum,
dicit verum’,

vel sic:

5

‘quicumque dicit Deum non esse, dicit falsum;
ergo quicumque dicit Deum non esse vel Deum esse,
dicit falsum’,

nam secundum suppositionem materialem haec oratio ‘Deum esse’ simpliciter sumpta supponit pro ista propositione vera ‘Deus est’, et cum ista additione ‘et hominem esse asinum’ totum supponit pro ista propositione copulativa ‘Deus est et homo est asinus’.

Sed videtur quod haec solutio non sit bona, quia: quicumque dicit aliquam totam orationem, dicit partem; ergo dicens Deum esse et hominem esse asinum, dicit Deum esse; ergo dicit verum. Dico quod distinguendum est secundum aequivocationem de isto termino ‘dicens’ vel ‘dicere’. Nam ‘dicere’ uno modo significat idem quod ‘proferre’ vocem aliquam, et sic qui dicit aliquam vocem, ipse dicit quamlibet partem eius; alio modo ‘dicere’ significat idem quod ‘enuntiare’, et sic non dicitur nisi propositio, et sic qui dicit unam propositionem totalem, ipse nullam partem eius dicit. Unde dictum est alias²⁰ quod nulla pars propositionis hypotheticae est propositio, sed esset propositio si per se seorsum proferretur. Est ergo fallacia secundum quid et simpliciter:

‘Socrates enuntiat Deum esse et hominem esse asinum;
ergo Socrates enuntiat Deum esse’.

25

11 propositione] *ETKG: om. VB* 14 dicit] *ETKG: ipse praem. VB* || partem] *ET: quamlibet partem eius VB: esse eius add. K: eius add. G* 16 dicens vel] *ETVB: om. KG* 17 idem] *TVB: om. EKG* || quod] *ETVB: om. KG* || sic qui] *ETVG: qui B: si aliquis K* 19 sic qui] si quis *K* 20 nullam] quamlibet *B*

20 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De propositionibus*, § 1.7.1, p. 70¹⁷⁻²¹.

7.4. De fallaciis extra dictionem

In quarto modo est ista oratio:

‘Socrates est albus dentes; ergo Socrates est albus.’

Pono quod Socrates sit unus Aethiops multum niger; non valebat ergo illa consequentia, quia illa additio ‘dentes’ facit illum terminum ‘albus’
5 supponere pro multis aliis pro quibus non supponeret sine illa additione, ut pro Aethiopibus vel pro Indis. Et in hoc habet modum additionis ampliatum, non est tamen simpliciter amplians, immo multum restringens. Nam iste terminus ‘albus’ simpliciter sumptus supponit bene pro pariete, lacte et vino, pro quibus non supponeret iste terminus ‘albus dentes’. Et ideo esset
10 fallacia secundum quid ad simpliciter: ‘paries non est albus dentes; ergo non est albus’.

Similiter est de scuto quod est secundum eius medietatem album et secundum medietatem nigrum, si arguatur sic:

15 ‘scutum est secundum medietatem album;
ergo est album;

et est secundum medietatem nigrum;
ergo est nigrum’.

Defectus enim est quoniam nec ipsum est album, quia pari ratione esset nigrum, nec ipsum est nigrum, quia pari ratione esset album, et sic esset

2 dentes] *ET*: secundum *praem.* *VBKG* 4 illa] *ETKG*: *om.* *VB* || dentes] *ETV*: secundum *praem.* *BKG* 5 ut] *VBK*: vel *EG*: scilicet *T* 6 vel ... Indis] *E*: vel Indis *BKG*: vel Nigris *T*: *om.* *V* || additionis] *om.* *K* || ampliatum] *ETV*: ampliationis *B*: amplians *KG* 8 bene] aliquando *B* || lacte] *EG*: pro *praem.* *TVB*: dente *K* || et] *E*: pro *add.* *VB*: *om.* *TKG* 9 vino] pro cigno *add.* *V* || quibus] forsane (!) *add.* *V* || supponeret] *ETG*: potest supponere *VB*: supponit *K* || albus] *om.* *K* || esset] *ETKG*: etiam est *V*: etiam *B* 10 fallacia] *ETVG*: esset *add.* *B*: ad *add.* *K* || simpliciter] *ETKG*: arguendo sic *add.* *VB* || paries] enim *add.* *E* || dentes] *ETVB*: secundum *praem.* *KG* 12 medietatem] *EVG*: unam *praem.* *TB*: ?mediate *K* 13 medietatem] *EVBG*: aliam *praem.* *K*: aliam *T* || arguatur] *ETG*: arguitur *VBK* 14 scutum] *ET*: *om.* *VBKG* 18 album] *VBG*: nec nigrum *add.* *ETK* 19 nigrum] album et *praem.* *K* || nec ... ratione] *VG*: nec nigrum posset quia pari ratione *B*: nec est album quia eadem ratione *K*: quia *ET* || ipsum] *VBK*: *om.* *G*: *def.* *ET* || album] nigrum *K*

Summulae, De fallaciis

album et nigrum, quod est impossibile. Sed tu concludes: ‘ergo non est coloratum’. Nego consequentiam. Et tu probabis eam quia: si non est album, ipsum non est albedine coloratum; et si non est nigrum, ipsum etiam non est nigredine coloratum, nec aliquo alio colore; ergo nullo colore esset coloratum. Et tamen si esset coloratum, oporteret quod esset aliquo colore coloratum, sicut oportet quod si color est in corpore quod sit in aliquo corpore, ut dicitur in *Praedicamentis*.²¹ Et ego dico quod est coloratum, non tamen aliquo colore, sed aliquibus coloribus. Ideo est fallacia secundum quid ad simpliciter:

‘non est coloratum aliquo colore; ergo non est coloratum,’ 10

vel etiam:

‘est coloratum; igitur aliquo colore est coloratum,’

et est in primo modo, quia haec additio ‘aliquo colore’ contrahit ‘coloratum’; 15 omne enim aliquo colore coloratum est coloratum, sed non e converso.

Notandum est quod Aristoteles in secundo *Elenchorum*²² tangit multa sophismata ad istam fallaciam pertinentia. Tangit enim istud sophisma: ‘dico falsum’ et illud: ‘iuro me periurare’. Quae vocata sunt insolubilia, de quibus

1 et] *ETKG*: esset *add. V*: etiam esset *add. B* || concludes] *ETVB*: concluderes *KG* 2 nego] *ETKG*: ego *praem. VB* || probabis] *EVBK*: probas *TG* || si] *EVKG*: ipsum *add. TB* 3 si] *EVKG*: ipsum *add. TB* || ipsum] *EVKG*: *om. T*: non est album igitur ipsum non est albedine coloratum et si ipsum non est nigrum ipsum *add. B* || etiam] *ETVB*: *om. KG* 4 aliquo] *ET*: *om. VBKG* || colore] *ETVB*: coloratum *add. KG* 5-6 et ... coloratum] *om. K* 5 esset] *ETV*: sit *BG*: *def. K* || oporteret] *ETV*: oportet *BG*: *def. K* || esset] *ETG*: sit *VB*: *def. K* 6 quod] *ETVG*: *om. BK* || est] *EB*: sit *TVKG* || corpore] colore (!) *G* 14 igitur ... colore] *ETVB*: aliquo colore igitur *KG* 16 aliquo] *ETVB*: *om. KG* || sed] *EBKG*: et *TV* 17 quod] *ET*: ulterius *praem. BKG*: ut vult *V* 18 dico] *EVB*: ego *praem. KG*: dicit *T*

21 Cf. Aristoteles, *Categoriae*, 5, 2b1-2.

22 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 25, 180a32 ff.

7.4. De fallaciis extra dictionem

explicite agendum est in tractatu *De practica sophismatum*,²³ in quo videtur quod illa dicta sunt falsa et non vera.

Sed tamen posset sophista arguere quod sint vera sic: Dicens se dicere falsum, dicit verum quantum ad hoc quod ipse asserit se dicere falsum, quia
5 ita est quod ipse dicit falsum. Ergo dicit verum. Vel sic: Dicens se dicere falsum dicit verum quantum ad hoc quod propositio significat ipsum dicere falsum; ergo dicit verum. Et similiter esset de periurare.

Non ergo valet consequentia, quia, sicut alias dicitur,²⁴ sua propositio significabat aliud per quod erat falsa, scilicet se esse veram. Et est simile sicut
10 si arguamus: ‘usurarius est bonus homo quantum ad hoc quod caste vivit cum sua uxore; ergo est bonus homo’; non sequitur, quia aliud facit propter quod est malus et oditus a Deo. Similiter est dicendo ‘haec propositio “omne animal est rationale” est vera quantum ad homines; ergo est vera.’ Et sic de similibus.

15 Sed tu quaereres: ‘Quid significant talia dicta secundum quid?’ Et ego dico quod illa ‘usuarius etc.’ significat quod usurarius esset bonus per illam castitatem, si non essent alii actus, vel aliae circumstantiae reddentes ipsum malum. Illud etiam dictum ‘haec propositio “omne animal est rationale est vera” quantum ad homines’ significat quod esset vera, si non essent alia
20 animalia propter quae ipsa esset falsa. Et sic de aliis.

1 in quo] *ETKG*: et ibi *VB* || videbur] *ETVK*: videbitur *B*: om. *G* 2
quod ... dicta] *sophismata G* 3 sed tamen] *ETVB*: et non vero *K*: sed casu
G || posset] *possent V* || sophista] *ETBG*: sophistae *V*: sophisticae *K* 4
quantum] *VBK*: om. *ETG* 5 ergo] *ETV*: ipse *add. BKG* 5-6 vel ...
verum] *EVBG*: om. *TK* 6-7 quantum ... falsum] *om. T* 7 ergo ... verum] *EVB*:
om. TKG 8 sicut] *TVB*: om. *EKG* || dicitur] *EVBG*: dicebatur *T*: diceretur
K 11 propter] *ET*: per *VBKG* 12 malus] *ETKG*: homo *add. VB* ||
et ... deo] *ETVB*: om. *KG* || oditus] *ETV*: odiosus *B*: def. *KG* || est] *ETKG*:
etiam *praem. B*: etiam esset sic *V* 16 etc.] *ETV*: est bonus *BKG* 17 aliae
circumstantiae] *ETVK*: circumstantiae *B*: alii circumstantes *G* 19 significat
quod] *ETVB*: quia *KG* || si non] *TVBK*: nisi *E*: quia non *G* 20-114.2 propter
... sequentes] *om. G*

23 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet), cap. 8, soph. 7-12, pp. 151²¹-168¹¹.

24 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet), cap. 8, soph. 7, p. 154²²-155³.

Summulae, De fallaciis

Si ergo quaeras de quo praedictorum modorum sunt isti paralogismi, ego dicam quod quantum ad eos et sequentes tu debes considerare propositiones de dicto simpliciter et de dicto secundum quid et ponere eas in infinitivo modo. Si ergo illa de dicto simpliciter praedicatur vere et affirmative de illa de dicto secundum quid est primus modus. Si econverso, est 5 secundus modus. Si autem neutra vere affirmatur de reliqua sive universaliter sive particulariter vel indefinite, est tertius modus. Si vero utraque vere affirmatur de reliqua particulariter sive indefinite et non universaliter, tunc est quartus modus.

Verbi gratia, omne quod est hominem esse album est esse hominem, 10 sed omne quod est esse, vel esse ens, est esse opinabile vel esse ens opinabile. Et iterum, quoddam esse album est esse album dentes, et econverso (puta si Socrates est albus et albus dentes) et tamen nec omne esse album est esse album dentes, quia instantia est de vino; nec econverso, quia instantia est de Aethiope. 15

Dicam ergo de dicere falsum, et alii iuxta hoc studeant de aliis paralogismis. Ut ergo brevius et facilius dicamus, ego pono quod loco huius totalis subiecti 'dicens se dicere falsum' sumamus 'A'. Vide ergo utrum omne quod est A dicere verum quantum ad hoc est A dicere verum, vel econverso, vel nullum, vel aliquod sic et aliquod non. Et videtur mihi casus possibilis 20 quod aliquod sic et aliquod non, videlicet si unus cum illo dicto dicat quod Deus non est et alter nihil aliud dicat. Et haec videnda sunt in tractatu *De Practica Sophismatum*.²⁵

1 praedictorum] ET: praedicto praem. V: quattuor praem. BK: def. G || sunt] ETB: essent VK: def. G 2 dicam] E: dico TVBK: def. G || quod] ETK: om. VB: def. G 8 tunc] ETBG: om. VK 9 modus] ETVK: om. BG 11 vel ... opinabile] om. K 12 quoddam] ETV: quiddam B: quod est K: quod G || dentes] ETV: secundum praem. B: om. KG 13 dentes] ETV: secundum praem. BKG || est esse] nec omne esse non K 14 dentes] ETV: secundum praem. B: om. KG || nec ... est] om. T 16 dicam] EVKG: dico T: dicamus B || de] E^cVBKG: quod ET || falsum] ETVB: falso KG || iuxta] ETV: secundum B: maxime KG || hoc studeant] E^cVB: studeant KG: ?sumamus sed del. E: superius T 18 utrum] ETVB: om. KG 20 aliquod] ETB: aliquis KG: alias V || sic] BKG: om. ETV || aliquod] ETVB: aliquis KG 21 aliquod] ETB: aliquis KG: alias V || aliquod] ETB: aliquis KG: alias V 22 nihil] om. K || videnda] dicenda V

25 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De practica sophismatum* (ed. Pironet), cap. 8, soph. 4, p. 147¹⁶⁻²².

7.4. De fallaciis extra dictionem

Adhuc notandum est quod istorum quattuor modorum sunt quaedam specificationes, de quibus Aristoteles in secundo *Elenchorum*²⁶ tangit paralogismos seu argumenta sophistica.

Videlicet, quia sermones sunt intellegendi secundum materiam subiectam, constat quod loquentes pure specificè non ponunt differentiam inter propositionem particularem et indefinitam quantum ad veritatem vel falsitatem. Tamen loquentes non specificè de actibus humanis et de moribus, ut legistae et decretistae et vulgares, faciunt magnam differentiam inter eas, quia cum asserunt indefinitam, intellegunt eam esse veram aut universaliter aut in pluribus, sed cum asserunt particulariter, videntur intendere quod sit vera, sed raro aut pro paucis. Sic enim dicimus filios parentes debere diligere. Et non bene diceret secundum usum communem qui diceret quosdam filios debere parentes diligere. Et econverso numquam diceremus filios debere parentes odire, sed bene diceremus quosdam debere eos odire, scilicet si obstinati sint in malitia contra ipsos filios et alios et contra Deum.

Ergo in tali materia et secundum talem modum loquendi tangit Aristoteles argumenta sophistica. Unum est, posito quod tyrannus violentia capit unam civitatem et praecipit omnes divites et sanos interfici, pauperes autem et egenos dimitti. Tunc ergo esset fallacia secundum quid et simpliciter dicendo sic:

‘malum est esse sanum et divitem in hac civitate et in hac die;
ergo malum est esse sanum et esse divitem’.

1 notandum] *ETB*: bene *praem.* *VKG* 4 quia sermones] *ETVB*: qui modi *KG*
4-5 subiectam] *ETB*: subiectivam *V*: tamen *add.* *KG* 5 quod] *ETBK*: licet
add. *V*: *om.* *G* || specificè] speculative *B* || ponunt] ponant *E* 7 loquentes
... specificè] *ET*: practice loquentes *VBKG* 9 intellegunt] *ETKG*: intendunt
V: credunt *B* 10 aut] *VBKG*: ?. *add.* *ET* || sed cum] *ETVB*: si *KG* ||
particulariter] universaliter (!) *K* 11 parentes] *T^cV*: aut *praem.* *ETKG*: *om.*
B 11-12 debere diligere] *ETVG*: et econverso *add.* *K*: *om.* *B* 12-13 et ...
diligere] *om.* *B* 12 diceret] *VKG*: deberent *ET*: *def.* *B* 15 et ... Deum] *om.*
K 16 tangit] *EVB*: ponit *T*: cavit *KG* 17 sophistica] *ETVB*: sua *KG*
19 egenos] *ETB*: aegros *VKG* || ergo] *ETVB*: *om.* *KG* 20 sic] *ETVG*: *om.* *BK*
21 et divitem] *ETVB*: *om.* *KG* 22 et ... divitem] *ET*: et divitam *V*: et divitem *B*:
om. *KG*

26 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 25, 180b8ff.

Summulae, De fallaciis

Non valet enim consequentia secundum illum modum loquendi, quia antecedens est verum et consequens falsum. Valeret tamen non ponendo differentiam inter particularem et indefinitam, quia sic indefinita ponitur vera, licet pro unico supposito. Similiter esset dicendo:

‘bibere vinum non est bonum febricitanti;
ergo bibere vinum non est bonum,’ 5

vel

‘est malum febricitanti;
ergo est malum.’

Et sic de plurimis aliis. 10

Adhuc est alia quaedam specificatio notabilis, scilicet quia in quibus sani et aegri secundum animam sive corpus contrarie iudicant, acquiescendum est iudicio sani tamquam vero simpliciter, et non iudicio aegri. Et ita etiam in quibus non sunt eadem bona vel mala, expedientia vel inexpedientia, vel delectabilia vel tristibilia sanis et aegris, nos dicimus illa simpliciter bona, expedientia vel delectabilia, quae talia sunt sanis, non quae talia sunt aegris. Et similiter simpliciter dicimus mala, vel inutilia, vel indelectabilia, quae sunt talia sanis, non quae sunt talia aegris. Et hoc est dicendum tam de sanis et aegris secundum corpus quam de sanis et aegris secundum animam, cuiusmodi sunt virtuosi et vitiosi. 15 20

3 differentiam] consequentiam (!) K 4 vera] om. T || licet] EBKG: scilicet V: om. T || dicendo] TKG: dicendum praem. E: dicendum VB 6-9 bibere ... ergo] om. B 10 plurimis] ET: pluribus VB: multis KG 11 scilicet] EVKG: om. TB || quia] ETVB: om. KG 12 iudicant] VBKG: intendunt ET 13 vero] ETBG: verum V: veri K || simpliciter] om. V 14 expedientia] BKG: expedienda ET: experientia V 14-15 inexpedientia] BKG: inexpedienda ET: inexperientia V 16 expedientia] BKG: om. ET: experientia V 17 indelectabilia] ET: seu tristibilia add. VBKG 18 non ... sunt] EG: et quae non sunt T: quae non V: quam K: et non quae B || talia] ETG: om. VBK 18-19 et ... aegris] om. K 19 secundum] vult add. sed exp. E 20 vitiosi] ETVB: ?sistosi KG

7.4. De fallaciis extra dictionem

Secundum hoc igitur fiunt argumenta sophistica:

‘potio amara est expediens aegro;
ergo potio amara est expediens’,

5 ‘sanitas est aegris appetibilior quam philosophia;
ergo sanitas est appetibilior’.

Similiter de sanis et aegris secundum animam:

‘superdelicati et excessivi cibi et potus sunt intemperatis
delectabiles;
ergo sunt delectabiles’.

10 Sic enim septimo *Ethicorum*²⁷ docet Aristoteles sustinere quod omnes delectationes sunt bonae et omnes tristitiae sunt malae, quia si tu arguis quod non, propter hoc quod propter delectationes prosequuntur homines inhonesta, et ab honestis recedunt propter tristitias, dicit Aristoteles hoc esse negandum, quia delectationes ad inhonesta inclinatae non sunt delectationes,
15 eo quod non delectant bonos, immo ipsi abhorrent eas. Et tu dices quod illae sunt magnae delectationes, quia valde delectant homines. Dico quod hoc est negandum, sed valde delectant malos et sunt eis summae delectationes. Sed non sequitur ‘ergo delectant’, vel ‘ergo sunt delectationes’.

Et haec sint dicta de ista fallacia.

1 igitur] *TBKG*: autem *E*: om. *V* || fiunt] *TVBK*: fiant *E*: sunt *G* 2-3 aegro ... expediens] *om. K* 4-5 quam ... appetibilior] *om. T* 7 superdelicati] *cor. ex superdelicatiati E* || *pr. et*] *EBKG*: super *add. V*: excessu .?. cibi et potus ut *add. T* 9 ergo ... delectabiles] *om. T* 10 septimo] octavo (!) *K* 11 sunt] *ETKG*: *om. VB* 12 propter ... quod] *ETK*: per hoc quod *VB*: quia per *G* || propter] *E^cVB*: *om. ETKG* 13 recedunt] *E^cVBKG*: recipiunt *E*: recipiuntur *T* 14-15 ad ... delectationes] *om. V* 14 inclinatae] *ET^cK*: declinatae *T*: declinantes *B*: *def. V*: inclinata *G* 15 tu] si *praem. V* || dices] *ET*: dicas *V*: dicis *BKG* 15-16 quod illae] *om. V* 18 ergo] *ETVB*: *om. KG* || vel] *ETV*: *om. BKG* 19 sint] *ETVG*: sunt *BK*

27 Cf. Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, VII, 11-15.

Summulae, De fallaciis

7.4.3.

(De fallacia ignorantiae elenchi)

(1) De fallacia ignorantiae elenchi determinantes, oportet primo
praemittere quid est elenchus et quid vocamus ‘ignorantiam elen-
chi’ et postea reliqua declarare. (2) Quid autem sit elenchus, dic-
tum est in principio huius tractatus. ‘Ignorantiam’ autem ‘elenchi’
hic non vocamus puram ignorantiam, sed solum ignorantiam qua
in argumentatione quae apparet esse elenchus, non percipimus ali-
quam condicionem requisitam ad elenchum deficere, cum tamen
aliqua deficiat. (3) Non autem ex cuiuscumque condicionis omis-
sione fit fallacia ignorantiae elenchi, prout eam distinguimus con-
tra alias fallacias, sed solum ex omissione condicionis requisitae
ad veram contradictionem quam elenchus requirit inter conclu-
sionem probatam ab opponente et positionem respondentis. (4)
Est ergo hic fallacia ignorantiae elenchi deceptio proveniens ex eo
quod conclusio opponentis videtur contradicere positioni respon-
dentis et non contradicit ei. (5) Causa apparentiae huius fallaciae
est observatio plurium condicionum ad veram contradictionem
requisitarum, propter quam creditur quod totum sit bene obser-
vatum, et causa defectus est omissio alicuius illarum condicionum.
(6) Fit ergo haec fallacia credendo quod conclusio opponentis con-
tradicat positioni respondentis, cum non contradicat ei. (7) Modi
autem huius fallaciae sunt tot quot sunt condiciones requisitae ad
veram contradictionem, quarum unamquamque contingit omit-
tere in apparente contradictione.

7.4.3: *E* 89^{ra}, *T* 67^{va}, *V* 87^{va}, *B* 87^{ra}, *K* 135^{rb}, *G* 65^{va}

3 declarare] *ETVB*: determinare *KG* 6 quae] *ETV*: quis *B*: communi *KG*
7 condicionem] contradictionem esse *K* 8 autem] *ETVG*: tamen *BK* || cuiu-
scumque] *EVG*: cuiusque *B*: quibuscumque *T*: eocumque *K* 12 probatam] *ETVG*:
probativam *BK* 13 hic] *ETB*: haec *VG*: *om.* *K* || elenchi] prout eam distin-
guimus contra alias fallacias *add. T* 15 huius fallaciae] *ETKG*: in hac fallacia
VB 18 alicuius] *BKG confer p. XXX*: aliquarum *ETV* 19 conclusio] positio *B*
19–20 contradicat] *EVBG*: contradicit *TK* 20 cum] *EV*: tamen *add. TBKG* ||
ei] *VB*: *om.* *ETKG*

7.4. De fallaciis extra dictionem

Ista tertia pars est de fallacia ignorantiae elenchi et habet septem clausulas.
(1) Prima proponit ordinem dicendorum et remittit nos de descriptione elenchi ad primum capitulum huius tractatus et ad primam clausulam illius capituli.

5 Est enim notandum quod, licet elenchus proprie dictus sit syllogismus, tamen large dicitur ‘elenchus’ de omni argumento probante contradictionem dicti respondentis, sive sit syllogismus sive inductio sive exemplum sive enthymema. Et sufficit sophistae quod appareat contra respondentem facere elenchum communiter dictum.

10 (2) Secunda clausula dicit quid vocamus hic ‘ignorantiam elenchi’, et est satis manifesta.

(3) Tertia clausula innuit duplicem fallaciam ignorantiae elenchi, sicut etiam notat Aristoteles. Nam hoc nomen ‘fallacia ignorantiae elenchi’ potest sumi indifferenter ad omnem argumentationem quae fit nobis ex ignorata
15 omissione alicuius condicionis requisitae ad verum elenchum. Sic omnis fallacia diceretur fallacia ignorantiae elenchi, et hoc intendit Aristoteles manifeste in primo libro *Elenchorum* in primo capitulo: “Aut ergo sit dividendum...”²⁸ Elenchus ergo requirit necessariam consequentiam et probationem conclusionis ex praemissis vel ex praemissa, et cum hoc contra-
20 dictionem conclusionis conclusae et probatae ad positionem respondentis. Omnes autem fallaciae in aliquo horum deficiunt. Vel enim de necessitate

1 tertia] quarta (!) K 2 nos ... descriptione] ETKG: et de descriptione V: descriptionem B 3-4 clausulam ... capituli] V: capituli particulam ET: particulam istius ?particulae B: particulam illius capituli KG 5 est ... notandum] ET: tamen notandum est VBKG || licet] om. E 6 large] ET: largius VBKG || argumento] elencho E 6-7 contradictionem] ETKG: contradictorium V: contrarium B 7 syllogismus] ET: argumentum syllogisticum VBKG || inductio] ET: inductivum VBKG || exemplum] ET: exemplare VBKG 8 enthymema] ET: enthymematicum VBKG 9 elenchum] ETVB: om. KG 10 dicit] ET: ostendit VBKG 13 Aristoteles] VBKG: ab aliis differre add. ET 14 indifferenter] ET: communiter VBKG || argumentationem] ET: fallaciam VBKG 15 verum] bonum et praem. E 16 diceretur] VBKG: dicitur ET 17 libro] ET: om. VBKG || primo] TB: isto EVG: tertio K 17-18 dividendum] ETV: dicendum BG: dicendo K 18 ergo] ET: enim VBKG 19 ex] EVKG: om. TB 19-20 contradictionem] contradictionum (!) E

28 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168a18-21.

Summulae, De fallaciis

non inferunt conclusionem, vel non probant, vel conclusio non contradicit positioni respondentis.

Alio modo hoc nomen ‘fallacia ignorantiae elenchi’ accipitur proprie, prout solum dicitur provenire ex parte contradictionis quam elenchus addit super syllogismum probativum, seu communiter super consequentiam probativam conclusionis. Et tunc distinguitur contra alias duodecim fallacias, prout illae solum dicerentur provenire ex defectu illationis vel probationis conclusionis. Haec ergo fallacia specialis ignorantiae elenchi provenit ex defectu contradictionis, et aliae ex defectu syllogismi, seu generaliter argumenti probativi. Et isto modo volumus hic de ista fallacia determinare.

Sed tu argues contra hoc quia: Sic sequeretur quod ista fallacia non minus extenderet se ad fallacias in dictione quam ad fallacias extra dictionem. Quod videtur falsum, nam Aristoteles enumerat eam cum fallaciis extra dictionem, et non cum fallaciis in dictione. Et sic sequeretur quod non esset bona divisio fallaciarum quod aliae sunt in dictione et aliae extra dictionem, eo quod membra coinciderent quantum ad istam fallaciam. Consequentia autem principalis est manifesta, quia ita bene potest esse defectus contradictionis ex parte vocis, sicut ex parte rei. Oportet enim contradictionem esse affirmationem et negationem eiusdem de eodem, dico eiusdem non nominis tantum, sed rei, et nominis non synonymi, sed eiusdem nominis, ut habetur primo *Elenchorum*.²⁹ Et indubitanter, si secundum unum significa-

3 hoc nomen] *EVKG: om. T: solet capi B* || accipitur] *om. B* 5 super] *ET: ?per V: supra BKG* || communiter ... consequentiam] *TVB: super consequentiam communiter E: communiter supra consequentiam G: communiter per consequentiam K 7 dicerentur] ETVB: dicuntur KG 7-9 vel ... contradictionis] om. B 10 et] ETVB: om. KG* || determinare] *declarare E 11 argues] ETB: arguis V: argueres KG* || sic] *ETBK: tunc V: si praem. G* || sequeretur] *TVKG: sequitur EB 13 quod] EVB: illud T: consequens KG* || nam] *E: quia VBKG: quod T 14 non ... et] om. K* || sic] *ET: quia etiam VBKG* || sequeretur] *EVG: sequitur TBK 15 sunt] ET: om. VBKG* || et] *ETG: om. VBK 16 coinciderent] T: coincidunt E: concurrerent praem. V: concurrunt B: concurrent KG 19 affirmationem ... negationem] ETVB: affirmativam et negativam KG 20 non] *E^cTVBKG sed E 21 indubitanter] E^cVB om. ET: indifferenter KG* || si] *ET: ego add. VBKG**

29 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a24-25.

7.4. De fallaciis extra dictionem

tum ‘canis’ ego ponerem quod canis est stella fixa, et tu quantum ad aliam significationem diceris sic:

‘nullum animal latrabile est stella fixa;
sed omnis canis est animal latrabile;
5 ergo nullus canis est stella fixa,’

tu non contradiceres mihi, propter aequivocationem et nominis aequivoci diversam acceptionem. Ita etiam si dicerem affirmativam compositam et tu demonstrares mihi negativam divisam, tu deficeres a contradictione, licet aliquibus appareat contradictio esse.

10 Et ego respondeo quod sine dubio argumenta bene concludunt. Unde concedo consequentiam et consequens, scilicet quod haec fallacia potest esse et secundum dictionem quantum ad aliquos modos eius, et extra dictionem quantum ad alios. Et hoc expresse intendit Aristoteles primo *Elenchorum*, dicens: “Trahet autem aliquis hunc locum,” idest istam fallaciam,
15 “in eos qui sunt secundum dictionem,”³⁰ et iterum post dicit: “ergo qui sunt secundum dictionem, quoniam apparens contradictio, quod erat proprium elenchi, alii secundum syllogismi definitionem.”³¹

1 canis] VBKG: indifferenter *add. necnon del. E:* indifferenter *add. T* || ego] ET: *om. VBKG* 1–2 quantum ... significationem] ETVB: adderes aliud significatum KG 1 ad] TVB: *redupl. sed del. E: def. KG* 2 diceris sic] ET: poneres vel *praem. B:* sic ergo enim argumentum K: sic enim argumentum G: demon.?. V 3 nullum] ETVB: *om. KG* 4 sed] ETB: *om. VKG* 7 etiam] VBKG: *om. ET* || dicerem] ET: concederem VKG: concederes B || compositam] hypotheticam K 8 demonstrares] ETB: demonstras V: diceris KG || deficeris] ETVB: differes KG 9 aliquibus] VBG: aliquid K: quibusdam ET || appareat] KG: apparet ETB: .?. V 10 argumenta] ET: ista *praem. VBKG* 11 concedo] ETB: ego *praem. VKG* || consequentiam ... consequens] EBKG: conclusionem T: *om. V* || scilicet] ET: unde etiam concedo B: unde ego dico KG: *om. V* || haec] ETVB: *om. KG* 12–13 aliquos ... ad] *om. E* 13 quantum] TVB: *om. KG: def. E* || primo] in *praem. E* 14 trahet] VG: trahit K: trahat B: contrahet E: contrahit T || aliquis] ETVB: homo *add. KG* 15 et] quoniam E || post] ETVB: postea KG || ergo qui sunt] *om. B* 16 quoniam] ETV: *om. BKG* || apparens] ETVB: apparent KG || contradictio] ETVB: quaedam *add. KG* || erat] VBKG: esset ET

30 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a35–36.

31 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 7, 169a19–22.

Summulae, De fallaciis

Puto ergo quod Aristoteles istas duas auctoritates ponit ad remotionem dubii. Quia enim hanc fallaciam enumeravit inter fallacias extra dictionem, aliquis putaret quod numquam fieret secundum dictionem. Volens ergo dicere quod immo dicit quod ista trahitur in eas quae fiunt secundum dictionem. Etiam in secunda auctoritate vult dicere quod non solum loci 5 sophisticum seu argumenta sophistica quae fiunt extra dictionem, immo multi quae fiunt secundum dictionem, quoniam apparens contradictio, – et supple: non existens; quod idem est quod contradictio – erat autem proprium elenchi – et ex cuius defectu fit haec fallacia specialis; – alii autem secundum syllogismi definitionem, idest loci sophisticum, seu argumenta sophistica, et ad alias duodecim fallacias participantes, fiunt secundum defectum non a contradictione, sed a syllogismi probativi definitione et ratione. 10

Sed tunc tu dubitas quare Aristoteles enumeravit istam fallaciam inter fallacias extra dictionem, et non inter fallacias in dictione. 15

Et potest responderi quod hoc fecit quia in nostris sermonibus, quantum ad veritatem vel falsitatem, consequentias et oppositiones, magis attendere debemus ad intentiones quam ad voces, licet ad utramque debeamus attendere. Ideo ad hoc notandum ipse istam fallaciam quae fit utroque modo, enumeravit cum illis extra dictionem, quae fiunt ex parte intentionum et rerum et non ex parte vocum, sed post notavit quod ipsa fit etiam 20 secundum dictionem.

2 enumeravit] *ETV*: enumerat *BKG* 3 putaret] *ETB*: crederet *V*: autem probaret *K*: probaret *G* || fieret] *TBKG*: *om. E*: ?potest *praem. V* || dictionem] esset *add. E* 4 dicit] *ETV*: dicis *KG*: dicens *B* || eas] *ETVB*: eis *KG* || fiunt] *ETVB*: sunt *KG* 5 etiam] *ET*: et *praem. VBKG* 6 seu] *ETVB*: et *K*: sed *G* || quae] qui *V* || multi] *TB*: etiam *praem. VKG*: multa *E* 7 qui *VKG*] quae *B*: sunt quae *ET* || quoniam] *ETKG*: fiunt *praem. B*: fiunt quando *V* || supple] *E^cVBKG*: *om. ET* 8 quod ... quod] *ET*: quod idem est *V*: idest quae contradictio erat proprium elenchi etc. *E^c*: quaedam idest *B*: idest quae *KG* || erat] *ETVB*: *om. KG* || autem] *ET*: *om. VB*: ad *KG* 9 fit] *ET*: supple *praem. VB*: supple *add. KG* 9–11 secundum ... participantes] *ETVB*: *om. KG* 10 seu ... sophistica] *ETV*: *om. B*: *def. KG* || et] *ET*: pertinentes *VB*: *def. KG* 11 participantes] *ET*: *om. VB*: *def. KG* || non] *om. K* 13 tu] *om. E* || quare] *ETK*: ergo *add. VBG* || Aristoteles ... fallaciam] *om. K* 16 veritatem ... falsitatem] *ET*: veritates et falsitates *VB* veritatem et falsitatem *KG* 17 utramque] *ETV*: utrasque *BKG* || debeamus] *VBKG*: debemus *ET* 19 enumeravit] *EVB*: enumerat *KG*: enumeratur *T* 20 sed] *ETVB*: et *KG* || fit] *ETVB*: *om. KG* || etiam] *VB*: *om. ETKG*

7.4. De fallaciis extra dictionem

Deinde etiam tu dicis quod tunc illa divisio fallaciarum quod aliae sunt secundum dictionem, aliae extra dictionem, non esset conveniens.

Dico quod immo, quia sub hoc nomine ‘fallacia ignorantiae elenchi’ continentur deceptiones omnes quae accidunt ex defectu contradictionis, 5 quarum tamen quaedam sunt in dictione et quaedam extra dictionem, et non concurrento, sed aliae in dictione, aliae extra dictionem. Possumus etiam dicere quod prima divisio fallaciarum a capite esset quod quaedam fiunt deficiendo a contradictione, et continentur sub hoc nomine ‘fallacia ignorantiae elenchi’, aliae fiunt deficiendo a syllogismo probativo vel argu- 10 mentatione probativa. Et primum horum membrorum relinquit Aristoteles indivisum enumerando tredecim fallacias, et alterum membrorum subdividit quod quaedam fiunt secundum dictionem, aliae extra dictionem. Et non intendit quin etiam primum membrum posset sic dividi, immo expresse ipse notat quod non prosequitur propter brevitatem. Et non esset inconveniens, 15 si vellemus hoc membrum subdividere aut aliqua aliorum membrorum, quod augetur numerus fallaciarum.

(4) Quarta clausula describit hanc fallaciam ignorantiae elenchi, et (5) quinta assignat causam apparentiae eius et causam defectus, (6) sexta ostendit quomodo fiat haec fallacia. Et hoc totum est manifestum secundum 20 praedicta.

(7) Septima clausula dat modum assignandi modos in hac fallacia. Et Aristoteles in tangendo descriptionem contradictionis tangit illos modos. Est enim contradictio affirmatio et negatio eiusdem de eodem, non solum

1 tunc] TVB: etiam praem. E: om. KG || sunt] ET: fieret B: om. VKG 2
conveniens] sufficiens V 3 dico] ET: et ego praem. VK: ego praem. BG
6 concurrento] VBKG: curando (!) ET || sed] licet E || dictione] EVKG:
et add. TB 7 a capite] ETVB: accepta K: accipienda G 8 hoc nomine] ETVB:
om. KG 9 aliae] ETVG: alii B: om. K 9-10 argumentatione] ETB: conclusionem
V: a ratione G: amatore (!) K 11 enumerando] ETV: et praem. B: in praem. KG
|| tredecim] VBKG: duodecim (!) ET || membrorum] ETK: membrum] VBG
13 etiam] ETVB: om. KG || posset] EVB: possit TK: potest G || sic] VBG: om.
ETK || immo] ETB: hoc add. VKG 14 quod] ET: sed VBKG 15 aut] ET:
etiam add. VBKG 16 quod] ETVB: quibus K: aliquibus G || augetur] ET:
augmentaretur VBKG 18 sexta] ETB: et praem. VKG 19 ostendit] TBKG:
erit E: assignat V || fiat] VBKG: fiet ET || secundum] EVBK: om. T: sed praem.
G 20 praedicta] EVB: om. T: praedeterminata KG 21 septima] secunda
(!) E || clausula] EKG: om. TVB || modos] EVKG: om. T: modus B ||
in ... fallacia] istius fallaciae E 23 et] vel (!) B

Summulae, De fallaciis

secundum nomen, sed etiam secundum rem et intentionem, et non solum
 etiam secundum rem et intentionem, sed etiam secundum nomen. Non
 enim sufficit quod nomina sint synonyma, ut dicit, sed oportet quod sit
 contradictio secundum idem nomen.³² Quod autem apponit Aristoteles:
 “ex his quae data sunt ex necessitate et non connumerato etc.”,³³ ipse tangit 5
 ea quae pertinent ad elenchum ex parte consequentiae et probationis, quae
 non pertinent ad istam specialem fallaciam, sed ad alias fallacias. Sed addit
 postea quod oportet veram contradictionem esse non solum eiusdem de
 eodem, sed etiam oportet esse secundum idem et ad idem et similiter et in
 eodem tempore.³⁴ 10

Oportet ergo primo contradictionem esse affirmationem et negatio-
 nem; ideo, si utraque esset affirmativa vel utraque negativa, non erit con-
 tradictio. Secundum ergo defectum huius condicionis est primus modus.
 Verbi gratia, si respondens dicat chimaeram esse non albam, bene con-
 tradiceretur sibi demonstrando quod nulla chimaera est non alba. Sed si 15
 dicat aliam, quae videtur propinqua, scilicet quod chimaera non est alba,
 et tu, volens arguere contra eum, demonstras illam priorem, scilicet nulla
 chimaera est non alba, tu non contradicis sibi, sed peccas contra primum
 modum huius fallaciae, quia ambae sunt negativae.

1-2 nomen ... secundum] *om. K* || et ... nomen] *VBG: om. ET: def. K* 3 ut
 dicit] *ET: ut dixit VKG: om. B* 4 nomen] *om. B* 5 ex] *EVBKG: sub*
praem. E: om. T || his] *VBKG: verbis add. ET* || etcetera] *ET: om. V: et*
 sic *B: etiam K: et G* 7 addit] aliqui addiderunt *B* 9 sed] *ET: immo*
VBKG || etiam ... esse] *ET: etiam et V: esse etiam B: om. KG* || et] *B: om.*
ETVKG 12 esset] *ET: est VBG: est falsa K* || utraque] *ETG: est add. VB: om. K*
 13 defectum] perfectum (!) *K* || condicionis] *ETG: contradictionis VK: dictionis*
B 14 verbi gratia] *ETVB: om. KG* || esse non] *VB: non praem. ET: non esse*
KG 14-15 contradiceretur] *VB: concederetur ETKG* 15 sibi] *VBKG: om. ET*
 15-16 si dicat] *ETVB: tu dicas KG* 17 volens] *EBK: vis T: volendo VG* ||
 demonstras] *EB: demonstrando T: demonstras VG: demonstrares K* || illam
 priorem scilicet] *VKG: priorem scilicet quod B: sibi istam ET* 18 non] *om. K* ||
 tu] *VBKG: om. ET* || contradicis] *contradices E* || peccas] *EVBK: peccans TG*
 || contra] per *B* 19 negativae] *ET: affirmativae VBKG*

32 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a1-28.

33 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a25-26.

34 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a27-28.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Sed iterum debemus scire quod – quia de ratione negationis cadentis super aliquem terminum est distribuere ipsum si non sit distributus, et auferre distributionem si esset distributus – manifestissima autem sive certissima contradictio esset si negatio praeponeretur toti propositioni, ut
 5 caderet super totam propositionem. Et ideo si hoc non fiat, tamen, ut sit ad hoc aequivalentia, oportet observare non solum quod una sit affirmativa et alia negativa, sed etiam quod quicumque terminus qui in una est distributus, in alia erit non distributus, et econverso. Et ex huiusmodi condicionis defectu est secundus modus. Ut si respondens dicat quod cuiuslibet
 10 contradictionis altera pars est vera, et opponens, volens ei contradicere, demonstret quod alicuius contradictionis altera pars non est vera, deficiet, quia iste terminus ‘altera pars’ in neutra est distributus.

Deinde, quia dicitur “eiusdem de eodem non solum secundum nomen, sed etiam secundum rem et intentionem,”³⁵ manifestum est quod si observetur identitas secundum vocem et non secundum rem et intentionem, erit
 15 tertius modus huius fallaciae, qui non erit extra dictionem, sed in dictione. Et poterit dividi secundum aequivocationem, amphiboliam, compositionem et divisionem, etc., prout illa identitas vocis cum diversitate intentionum operabitur multiplex actuale, potentiale vel phantasticum.

1 scire] *ETVB*: notare *KG* 2 distribuere] determinare *K* 2-3 ipsum ... distributionem] *om. K* 3 distributionem] *ETVG*: descriptionem *B*: *def. K* || manifestissima] *ETVB*: manifesta *KG* 3-4 autem ... certissima] *ET*: autem certissima *B*: aut acceptissima *V*: *om. KG* 5 et] *ET*: *om. VBKG* || tamen] *om. B* 6 ad hoc] *ETVG*: adhuc *BK* || aequivalentia] *ET*: aequipollentia *VBKG* 7 qui] *E*: quia *T*: *om. VBKG* 8 in ... distributus] *om. K* || erit] *ET*: sit *VBG*: *def. K* 8-9 condicionis] *ETVG*: contradictionis *B*: contradictione *K* 9 defectu] *ETVB*: defectus *G*: *om. K* 10 opponens] *ETVB*: hoc *praem. KG* 11 demonstret] *ETBG*: demonstrat *VK* || contradictionis] *ETVG*: alicuius *add. B*: propositionis *K* 12 est distributus] *ETVB*: distribuitur *KG* 15 erit] *ETVB*: et est *K*: est *G* 16 qui] *ET*: iam *add. VB*: quia *KG* 17 poterit] potest *E* || aequivocationem] *ET*: et *add. VBKG* || amphiboliam] *ETKG*: et *add. VB* 18 diversitate] *ETVG*: ista *praem. B*: diversi modi *K* || intentionum] *identationum* (!) *K* 18-19 operabitur] *VBKG*: cooperabitur *E*: iuxta *add. T* 19 actuale] *ET*: vel *add. VBG*: accidentale (!) vel *K*

35 Cf. *supra*, p. 000⁰⁰⁰.

Summulae, De fallaciis

Deinde, quia dicitur “eiusdem de eodem non solum secundum rem et intentionem, sed etiam secundum nomen”,³⁶ manifestum est quod ex defectu identitatis nominis, si intentio esset eadem, fieret quartus modus huius fallaciae, et sic haberemus fallaciam secundum synonymitatem, sicut habemus secundum aequivocationem. Verum est tamen quod de tali fallacia secundum synonymitatem non multum locutus est Aristoteles, quia non est magna efficaciae. Sed si respondens velit se defendere a redargutione propter solam diversitatem nominum, concesso quod sint synonyma, non oportet nisi quod opponens mutet nomen pro nomine, quod amplius non esset defectus. 5 10

Postea apponitur quod non solum sit eiusdem de eodem, sed etiam secundum idem et ad idem et similiter et in eodem tempore.³⁷ Et secundum quod ab unaquaque earum potest fieri defectus, ponuntur alii quattuor modi. Et sunt isti modi multum affines fallaciae secundum quid ad simpliciter. Nisi quod aliqui dicunt quod in hac fallacia sunt duo dicta secundum quid, ut quia duplum secundum longitudinem et non duplum secundum latitudinem, vel pater Sortis et non pater Platonis, etc. In hac autem fallacia secundum quid et simpliciter est unum dictum secundum quid et alterum simpliciter. 15

Sed hoc videtur mihi satis debiliter dictum, quia hoc non consonat dictis praecedentibus, nec intentioni Aristotelis, quoniam Aristoteles expresse 20

1-2 rem ... intentionem] nomen T 2 et] E^cVBKG sed E: def. T || nomen] VBKG: orationem E: rem et intentionem T 4-6 sicut ... synonymitatem] et quia K 5 habemus] ET: fallaciam add. VBG: def. K 7 sed si] ET: si enim VBKG || velit] nescit K 8 concesso] ETV: ?concessio B: concessum K: concessa G || synonyma] ETVG: nomina (!) BK 9 oportet nisi] ETVB: esset KG || mutet] ETV: mutaret B: mutat KG || amplius non] ET: non amplius VB: tamen amplior K: tamen amplius G 10 defectus] TKG: ?defectio E: defensio V: vel defensio add. B 11 apponitur] TVG: ponitur EBK || sed etiam] ETVB: om. K: sed G 12 et] ET: om. VBKG || et] K: om. ETVBG || similiter] ETVB: simpliciter KG 13 ab] VB: hoc seu ab add. ET: om. K: in G || earum] VKG: fallaciarum add. E: fallaciarum T: eorum B || fieri] ET: esse VBKG || ponuntur] ETVB: om. KG || alii] huius K 17 etcetera] EVG: om. TBK || hac] ET: om. VBKG 20 mihi] ET: om. VBKG || debiliter dictum] mirabiliter K || hoc] ET: om. VBKG

36 Cf. *supra*, p. 000⁰⁰⁰.

37 Cf. *supra*, p. 000⁰⁰⁰.

7.4. De fallaciis extra dictionem

extendit fallaciam secundum quid et simpliciter ad duo dicta secundum quid, dicens primo *Elenchorum*: “Aut si ambo quo, quoniam simul contraria inerunt,”³⁸ et ponit exemplum de scuto quod est secundum medietatem unam album et secundum aliam medietatem nigrum vel non album; ergo
5 est album et nigrum, vel est album et non album.

Dicendum est ergo quod est differentia alia secundum praedeterminata, puta quod est peccatum in consequentia vel peccatum in contradictione, sicut esset de aequivocatione et amphibolia. Possunt ergo dari exempla de istis quattuor modis. De ‘secundum idem’ primo Aristoteles infert
10 istum paralogismum ponendo casum quod ferrum vel argentum fuisset heri tricubitum secundum longitudinem et hodie extensum est per martellum,³⁹ quod factum est quadricubitum, et vocetur illud ferrum vel argentum ‘A’. Tunc respondens ponit quod ‘A’ non est maius quam erat heri, quia nec est rarefactum, nec sibi addita est aliqua magnitudo. Et arguat opponens contra,
15 quia omne quadricubitum est maius tricubito secundum longitudinem. Patet quod non est contradictio, quia ille dicebat non esse maius secundum totalem corporeitatem, et opponens contradicit quod est maius secundum longitudinem. Vel sic. Respondens ponit quod bene cognoscit Coriscum,

1 extendit fallaciam] *E*: intendit fallaciam *TB*: ostendit fallaciam *V*: ponit istam ostendit *K*: istam fallaciam ostendit *G* 2 dicens] *VKG*: dicta *B*: dicit *ET* || quo] *TVKG*: quae *EB* || quoniam] *TVKG*: quo *EB* 4 unam] *EG*: *om. TBK*: est *V* || et] *ETVB*: vel *KG* 4-5 non ... vel] *om. K* 5 nigrum] *ET*: non *praem. V*: est *praem. BG*: *def. K* || album ... album] *E*: album et est non album *T*: album et est non nigrum album *V*: non album et album *B*: album et non est album *KG* 6 est differentia] *ETVB*: haec differentia est *KG* 7 in consequentia] *ETV*: in materia *BG*: *om. K* || peccatum] non *praem. K* 8 sicut] *ETVB*: si *KG* 9 primo] *EVKG*: *om. TB* || infert] *ET*: ponit *VBKG* 10 ponendo] *ET*: pono *VKG*: ?primo *B* || argentum] *ETVB*: aurum *KG* || fuisset] *ET*: erat *VBKG* || heri] *ETV*: *om. BKG* 11 martellum] molam (!) *K* 12 quadricubitum] *ETVB*: quadrangulatum *KG* || vel] *ETVB*: ?f et *KG* 13 erat] *VB*: esset *EKG*: fuit *T* || nec] *T^cVBKG*: non *E*: *om. T* || est] esset *E* 14-15 contra] *om. E* 15 quia] *TBKG*: *om. EV* || quadricubitum] *ETVB*: quadratum *K*: quadrangulatum *G* 17 quod] *ETVB*: quia *KG* || est] *ETV*: *om. BKG* 18 respondens] opponens *E* || ponit] *ETVB*: ponat *KG* || cognoscit] *TVB*: cognoscat *EKG*

38 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167a9-10.

39 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 26, 181a12-14.

Summulae, De fallaciis

et arguitur contra, quia Coriscus est musicus vel captus a lupis, tamen hoc ignorat. Patet quod non est contradictio, quia secundum aliquid cognoscit Coriscum, et secundum aliud ignorat.

Exemplum de ‘ad idem’. Dicat respondens opponenti: “Tu non habes denarios duplos ad meos,” posito quod respondens habeat tres et opponens 5 habeat quinque. Opponens arguat contra quia: “Quidam denarii tui sunt duo; et ego habeo duplos ad eos; ergo etc.” Constat quod non contradicit intentioni respondentis, quia respondens intendebat de duplo ad omnes suos simul sumptos, et ille arguit non quoad omnes, sed quoad aliquos.

Exemplum de ‘similiter’. Dicat Socrates Platoni: “Loquere altius, quia 10 non audio te,” et ego arguam contra eum quia: “ego sum remotior te, non habens meliorem auditum, et tamen audio eum vociferare.” Etiam manifestum est quod ego omitto ‘similiter’; intendebat respondens quod non audiebat eum clare et distincte, et ego non arguo quod sic audiat.

Exemplum de ‘in eodem tempore’. Dicat Socrates mihi sedenti: “Tu 15 sedes”; ego statim surgam et arguo contra eum quia: nullus stans sedet; sed ego sto; ergo non sedeo. Sed non est contradictio, quia pro alio tempore dicebat me sedere, et pro alio arguo me non sedere.

1 arguitur] *ETVG*: arguebatur *B*: arguatur *K* || vel] *VBKG*: et est *E*: et *T*
 || lupis] *ET*: latronibus *VBKG* || tamen] *ETG*: et *praem*. *VK*: et patet quod
B 2 quod] *ETVB*: quia *KG* || quia] *ET*: scilicet *praem*. *V*: scilicet quod
KG: scilicet *B* || cognoscit] *EB*: cognoscat *TVKG* 3 aliud] *VBG*: aliquid
ETK 4 ad] *EBKG*: *om.* *TV* || respondens opponenti] *ETVB*: opponens
 respondenti *KG* 5 habeat] *EKG*: habet *TVB* 6 habeat] *E*: solum *add.*
VG: solum *praem*. *B*: habet solum *K*: *om.* *T* || quinque] *EVBG*: septem (!) *T*:
om. *K* || arguat] *KG*: arguet *EV*: arguit *TB* || quia] *ET*: dicens *BKG*: *om.*
V 7 duplos] *ETVB*: duos *KG* || ergo etc.] *ETVG*: *om.* *B*: ergo sequitur *K*
 8 duplo] *ETVB*: duobus *KG* 9 non quoad] *ETV*: non ad *KG*: quod non ad *B* ||
 quoad] *TVKG*: quod ad *B*: *om.* *E* 10 quia] *ETVB*: ego *KG* 11 audio] video
 (!) *T* || ego] *om.* *E* || arguam] *ETVB*: arguo *KG* || te] *ETKG*: *om.* *VB*
 12 non] *ETKG*: et *praem*. *B*: et *V* || etiam] *ET*: *om.* *VBKG* 13 respondens] *ET*:
 enim *BKG*: *om.* *V* 14 non] *ETVB*: *om.* *KG* || eum] *TBG*: *om.* *E*: clamare *praem*.
VK || audiat] *EBG*: audio *T*: arguat *VK* 16 ego] *ETV*: et *praem*. *BKG* ||
 arguo] *ETKG*: arguam *VB* || sed] *E*: et *TBKG*: *om.* *V* 17 sto] *EK*: tamen
praem. *TBG*: sum stans *V* || sed] *ET*: apparet quod ego *V*: apparet quod *BKG* ||
 est contradictio] *ET*: similiter *add.* *B*: contradico tibi *V*: contradico sibi *KG* 18 et
 ... sedere] *om.* *G*

7.4. De fallaciis extra dictionem

Et est notandum quod non est intentio mea, nec fuit Aristotelis intentio, quod solum secundum istas quattuor circumstantias possit impediri redargutio seu contradictio; immo secundum quascumque alias quae non observarentur. Et sic multiplicarentur modi. Ideo Aristoteles non tetigit
5 istos modos tamquam omnes, sed forte tamquam magis consuetos.

7.4.4.

⟨De fallacia petitionis principii⟩

(1) Postea de fallacia petitionis principii oportet nomina primitus exponere. (2) Vocamus autem in hoc loco ‘principium’ illud quod opponens proponit a principio probare contra respondentem, scilicet cuius oppositum posuit respondens. Ideo petere principium
10 est accipere idem ad seipsum probandum, ut dicendo: ‘homo est risibilis; ergo homo est risibilis’, hoc autem esset omnino ridiculosum et non faciens fallaciam. (3) Et ideo petere principium, prout pertinet ad istam fallaciam, est opponentem accipere ad probationem conclusionis aliquam propositionem quam respondens aequae
15 vel magis tenetur negare sicut conclusionem; hoc autem est ut si fuerit aequae vel magis dubia sicut conclusio et habuerit talem connexionem conclusioni quod oporteat negantem conclusionem negare illam. Et ideo tandem hic vocatur ‘petere principium’ idem quod accipere ad probationem conclusionis praemissam aequae
20 vel magis dubiam sicut esset conclusio. (4) Ex hoc manifestum est quod petitio principii non peccat contra consequentiam, sed contra probationem, quia probatio debet esse ex notioribus. (5)

7.4.4: *E* 90^{ra}, *T* 68^{va}, *V* 88^{vb}, *B* 88^{va}, *K* 136^{va}, *G* 66^{va}

1 est] *ETB*: om. *VKG* || est] *ET*: debet esse *VKG*: debeat esse *B* || mea] *E*: nostra *TVBKG* || nec fuit] nisi fuerit (!) *K* 3 alias] om. *E* 5 istos] *ETG*: istas *VBK* || modos] *ET*: om. *VBKG* || forte] *EVBG*: om. *TK* || consuetos] *ETG*: consuetas *VBK* 8 probare] scilicet *add. K* 8–9 scilicet] *TVBG*: si *E*: om. *K* 12 fallaciam] *ETVB*: syllogismum *KG* || et] *ETVB*: om. *KG* 13 opponentem] *ETB*: oppositae *V*: oppositum *KG* 14 propositionem] probationem *T* 15 sicut] contra *B* || ut] *ETKG*: om. *VB* 17 oporteat] *EB*: oportet *TVKG* 18 vocatur] *ETKG*: vocamus *VB* 20 esset] *ETKG*: est *VB*

Summulae, De fallaciis

Fallacia petitionis principii est deceptio proveniens ex concessione
praemissae quam respondens tenetur negare, ut non redarguatur.
(6) Causa apparentiae est aliqua diversitas illius praemissae ad
illam conclusionem, propter quam respondens non videns con-
nexionem earum non timet concedere illam praemissam, et causa 5
defectus est connexio illarum, propter quam ex praemissa infer-
tur manifeste conclusio contra respondentem. (7) Fit ergo haec
fallacia ex eo quod respondens concedit praemissam quam debet
negare, ignorans quod ex illa sequatur oppositum suae positionis.
(8) Modi autem huius fallaciae secundum Aristotelem sunt tot 10
quot modis contingit quod est ex principio petere quos modos vel
eorum aliquos expressit Aristoteles in octavo *Topicorum*⁴⁰ et in
secundo *Priorum*.⁴¹

Ista quarta pars de fallacia petitionis principii habet octo clausulas.

(1) Prima ostendit quid vocamus ‘principium’, (2) secunda concludit 15
quid simpliciter sit petere principium, (3) et tertia declarat quid in hac falla-
cia debemus vocare ‘petere principium’. Et est notandum quod Aristoteles
non vocavit istam fallaciam ‘fallaciam petitionis principii’, sed ‘fallaciam
petitionis eius quod est in principio’,⁴² quia non accipitur idem simpliciter
ad sui ipsius probationem – ridiculum enim esset, nec causaret in respon- 20
dente deceptionem – sed accipitur aliquid quod tamen est idem partialiter
vel connexum. Hoc ergo quod sic accipitur vel petitur non est principium,

2 redarguatur] *ET*: redargueretur *VBKG* 4 propter] *ETVB*: om. *KG* 7
manifeste] expresse *E* 7-8 haec fallacia] *TBKG*: fallacia haec *E*: fallacia *V*
8 debet] *ETKG*: deberet *VB* 11 quod] om. *K* || est] *ETBG*: om. *VK* ||
vel] *ETVB*: et *KG* 14 pars] *EKG*: est *add. T*: determinans *add. V*: est determinans
add. B || habet] et *praem. T* 15 ostendit] *ETKG*: dicit *VB* || quid] *ETKG*: hic
add. VB || concludit] *ETVB*: om. *KG* 17 debemus] *ETBK*: debeamus *VG* ||
est] *VBKG*: om. *ET* 18 fallaciam] *TV*: om. *EBKG* 19 petitionis] *ETVB*:
om. *KG* || quod] quid *E* 20 enim] *ETVB*: si *add. KG* 21 aliquid] *ET*:
pro *add. V*: aliud *BK*: illud *G* || tamen] *ETVB*: om. *KG* || est idem] om. *K* ||
partialiter] partialis *K* 22 vel petitur] *ETB*: om. *VKG* || non] *BKG*: nec *ETV*

40 Cf. Aristoteles, *Topica*, VIII.13, 162b31-163a28.

41 Cf. Aristoteles, *Analytica priora*, II.16, 64b28-38.

42 Cf. Aristoteles, *Analytica priora*, II.16, 64b28.

7.4. De fallaciis extra dictionem

sed in principio, quia non est simpliciter idem et totaliter in seipso, sed est pars in toto et aliud in alio, ut habetur quarto *Physicorum*.⁴³

(4) Quarta clausula infert correlarium ex nunc et prius dictis manifestum, scilicet quod haec fallacia, nisi concurrat alia, non peccat contra
5 consequentiam, sed contra probationem. Tamen posset alia fallacia concurrere secundum quam impediretur consequentia, quia dicit Aristoteles secundo *Elenchorum*: “Nihil prohibet eandem orationem plures fallendi occasiones habere.”⁴⁴

(5) Quinta clausula describit istam fallaciam, (6) et sexta assignat in ea
10 causam apparentiae et causam defectus, (7) et septima ostendit quomodo fiat haec fallacia. Et haec omnia sunt satis manifesta ex dictis.

(8) Ultima clausula, in assignando modos huius fallaciae, reducit nos ad octavum *Topicorum* et ad secundum *Priorum*.⁴⁵ Et nos dicamus quod primus modus, qui est communis demonstratori et dialectico, est si ad
15 probationem conclusionis capiatur praemissa minus nota vel magis dubia, vel aequae nota vel aequae dubia. Quia quantumcumque sit bonus syllogismus secundum formam, vel bona consequentia, tamen nulla est probatio, quia oportet probationem esse ex notioribus. Dicet ergo respondens peritus:
20 “Non teneor ad praemissam tuam concedere, quia aequae vel magis dubia est sicut conclusio quam tu intendis probare contra me, et omnes negantes conclusionem et ponentes positionem meam, negant illam praemissam.”

1 sed] VBKG: nec ET 2 quarto] BKG: sexto ETV 3 et] EBKG: om.
T: ex add. V 3-4 manifestum] est add. E 4 nisi] ETV: non BKG ||
concurrat] concordat K || alia] ETV: cum praem. BKG || non] ETV: enim add.
BKG 7 fallendi] ETVB: fallere KG 8 occasiones] ETV: vel deceptiones add. B:
deceptiones KG 11 dictis] ETB: praedictis VKG 12 assignando modos] ETKG:
assignandis modis VB || reducit] ETB: ducit VKG 14 demonstratori ...
est] ETVB: est demonstrativa et dialectica KG 15 capiatur] ETKG: capitur V:
sumatur B 16 vel] E: om. TVBKG || aequae ... dubia] om. T 18 dicet] ETVG:
dicat B: diceret K 19 ad] ET: om. VBKG || quia] quae B 20 sicut
conclusio] ETKG: tua add. V: .?. quod conclusio tua B || tu] ETKG: om. VB
21 et] TVB: om. EKG || negant] ETVB: ponunt (!) KG

43 Cf. Aristoteles, *Physica*, IV.4, 211a29-34.

44 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 24, 179b17-18.

45 Cf. supra p. 000⁰⁰⁰.

Summulae, De fallaciis

Secundus modus petendi principium est proprius demonstratori, si ad demonstrandum conclusionem sumat praemissam demonstrabilem non demonstratam, quantumcumque sit vera et necessaria et credibilior conclusione. Quia, licet non deficiat omnino a probatione, deficit tamen a demonstratione, quoniam oportet demonstrationem esse ex praemissis/primis veris et immediatis, aut ex eis quae per talia principium suae cognitionis sumpserunt, prout hoc determinabitur in tractatu *De demonstrationibus*,⁴⁶ et determinatum est in primo *Topicorum*⁴⁷ et in primo *Posteriorum*.⁴⁸ Prima autem et immediata sunt principia indemonstrabilia; non ergo demonstrat qui ex demonstrabilibus arguit non demonstratis. 5 10

Tertius modus est magis specialis, scilicet pertinens appropriate ad demonstrationem propter quid. Et est si arguat a posteriori, quantumcumque ex nobis notioribus et per se notis et indemonstrabilibus principiis. Quia, licet forte demonstret quia est, tamen forte deficit ad demonstrandum propter quid est. 15

Istos tres modos tangit Aristoteles valde breviter secundo *Priorum*, dicens: “hoc autem accidit multipliciter; nam si omnino non syllogizatur, aut si per ignotiora aut similiter ignota, et si per posteriora quod prius est.”⁴⁹

1 demonstratori] ETV: demonstrator B: demonstrationis K: ?demonstratus G 2 demonstrabilem] debilem (!) V 4 omnino] ETVB: oratio KG 5 quoniam] quia K 7 hoc] ETVB: om. KG 8 determinatum] declaratum E || in] ETKG: om. VB || in] ETKG: om. VB 10 demonstratis] BKG: demonstrata ETV 11 magis] modo E || scilicet] VB: magis E: om. TKG || appropriate] ETVB: proprie KG 12 et est] VB: aut E: ut T: om. KG 14 demonstret] B: demonstrat ETVKG || forte] ETKG: om. VB || deficit] EVBK: deficiat T: est G || demonstrandum] ETKG: demonstrando VB 16 breviter] ETVB: differenter (!) KG 17 accidit] ETVK: ostendit B: attendit G || omnino] ETVB: oratio (!) KG || syllogizatur] ETV: syllogizaretur K: syllogizetur G: syllogizat B 18 aut] et V || ignotiora] VB: ignoratam E: ignota TKG || similiter] V: simpliciter ETK: simili B: ?simplicia G || ignota] VB: om. ETKG || quod] ETV: quo B: ad KG || est] ETVB: om. KG

46 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae; De demonstrationibus*, pp. 60²⁴-61¹.

47 Cf. Aristoteles, *Topica*, I.1, 100a27-30.

48 Cf. Aristoteles, *Analytica posteriora*, I.2, 71b20-23.

49 Aristoteles, *Analytica priora*, IV.15, 64b30-33.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Expone “si per ignotiora aut similiter ignota” quantum ad primum modum; “aut si omnino non syllogizatur” – idest si non demonstratur praemissa, cum tamen sit demonstrabilis – quantum ad secundum modum; “aut si per posteriora quod prius est” quantum ad tertium modum. Et sic ibidem subdit
5 Aristoteles demonstrationem ex notioribus esse.

Quartus modus petendi principium prout respondens opponit opponenti et non secundum rei veritatem, sed ad defensionem respondentis in disputatione sophistica vel dialectica, scilicet quod quantumcumque praemissam acceperit opponens ex qua apparet respondenti quod debeat sequi
10 conclusio contra ipsum, debet dicere respondens: “Domine, ego debeo negare tuam praemissam, quia eiusdem opinionis est ponere conclusionem quam tu intendis et illam praemissam, sicut etiam eiusdem opinionis contrariae est positio mea et oppositum tuae praemissae; ideo tu petis principium; tu enim sumis quod tu deberes probare.”

15 Et sub hoc quarto modo enumeravit Aristoteles plures modos in fine octavi *Topicorum*,⁵⁰ ut si quis ad probandum particularem sumat universalem, sicut solemus arguere a toto in quantitate, vel si ad probandum universalem sumat singularem, vel si quis ad probandum unam conclusionem convertibilium ad invicem, seu convertibiliter ad invicem consequentium,
20 sumat aliam, etc. Ita est de omnibus aliis consequentiis necessariis, sive

1 si] aut *praem. E* || ignotiora] *TVB*: ignorata *E*: ignota *KG* || similiter] *VB*: simpliciter *ETKG* 2 omnino] *ETVB*: *om. KG* || syllogizatur] *BK*: syllogizetur *ETG*: demonstratur *V* || si] *VB*: *om. ETKG* || demonstratur] *EV*: demonstratur *T*: demonstratur *B*: detur *KG* 3 cum tamen] *VB*: tamen cum *ET*: quantumcumque *KG* 4 quantum] *ETVB*: *om. KG* || et] *ETKG*: quia *VB* 5 notioribus] *ETKG*: prioribus et *praem. VB* || esse] *ETKG*: est *VB* 6 opponit] *ET*: opponeret *VBKG* 7–8 respondentis ... disputatione] *respon-*
sionis *B* 8 quod] *EVKG*: *om. TB* 10 domine] *VB*: *om. ETKG* || debeo] *VB*: non *praem. ETKG* 11 tuam] *VB*: illam *ETKG* 12 sicut] *ETBK*: sic *VG* 13 tu] *ETBK*: non *V*: non *praem. G* 14 tu] *ET*: *om. VBKG* || deberes] *ET*: debes *KG*: teneris *VB* 15 enumeravit] *ETG*: enumerat *VBK* 16 quis] *VB*: aliquis *ET*: *om. KG* 17–18 universalem ... singularem] *EG*: *om. T*: erit probandum *K*: universalem sumat singulares *VB* 18 vel ... probandum] *om. T* 18–19 conclusionem] *ETKG*: consequentiam *VB* 19 ad] *ETG*: *om. VK*: in *B* 20 sumat] *ETKG*: capiat *VB*

50 Cf. Aristoteles, *Topica*, VIII.13, 162b31–163a28.

Summulae, De fallaciis

teneant per locos dialecticos, sive aliter. Numquam enim respondens sophista debet concedere aliquid ex quo appareat sibi posse concludi meta contra eum, sed omne tale debet tamquam petitionem principii reputare.

7.4.5.

⟨De fallacia consequentis⟩

(1) Si volumus agere de fallacia consequentis, oportet praemittere quid per ‘consequens’ et ‘antecedens’ et ‘consequentiam’ debeamus intellegere, et postea de aliis determinare. (2) Ergo apud logicum consequens et antecedens sunt propositiones quarum una designatur sequi ad aliam, vel sequi ex alia; et illa designatio fit per hanc coniunctionem ‘si’, vel ‘ergo’, vel huiusmodi. Et consequens est propositio quae designatur sequi ad aliam, et antecedens est propositio ad quam designatur sequi alia. (3) Consequentia est oratio composita ex antecedente et consequente et coniunctione designante sequi hanc ad illam. Est autem antecedens cui apponitur haec coniunctio ‘si’ in propositione conditionali, et alia est consequens, sed in argumento consequens est cui apponitur haec coniunctio ‘ergo’, et alia est antecedens. (4) Consequentia dividitur, quia quaedam est vera, quaedam falsa. Vera est cuius semper vel ut in pluribus non est consequens falsum, antecedente existente vero. (5) Et huius verae consequentiae quaedam est necessaria, scilicet cuius semper etc., et hac sola utuntur demonstratores; alia

7.4.5: *E* 90^{vb}, *T* 68^{vb}, *V* 89^{va}, *B* 89^{ra}, *K* 137^{rb}, *G* 67^{ra}

2 meta] *ETV*: illa *praem. BKG* 3 reputare] *TVBG*: etcetera *add. E*: sequitur etcetera *add. K* 6 determinare] *ETVB*: determinate *KG* 8 designatur] *E*: significatur *TVBG*: *om. K* || sequi] sequitur *K* || ad] ex *T* || aliam] *VBKG*: alteram *E*: altera *T* || sequi] *ETV*: *om. BG*: sequitur *K* || designatio] *E^cVBKG*: *om. E*: coniunctio *T* 9 hanc coniunctionem] *E*: vel *add. T*: istas coniunctiones et sic *VBKG* || vel] *ETVB*: *om. KG* || vel] *TB*: igitur et *E*: et sic *V*: et *KG* 11 propositio] *ETV*: *om. BKG* || consequentia] *ETKG*: autem *add. VB* 13 designante] *ETBK*: designate *VG* 15 sed] *VBKG*: licet *ET* 16–17 coniunctio ... dividitur] coniunctionem *B* 17 est] *EVKG*: *om. TB* || quaedam] *EBG*: et *praem. T*: vero *add. V*: et quaedam est *K* 18 ut] *EVB*: prout *T*: nunc *K*: *om. G*

7.4. De fallaciis extra dictionem

est probabilis solum, scilicet cuius ut in pluribus etc., et hanc admittunt dialectici. (6) Dupliciter autem dicitur consequentia falsa: uno modo apud demonstratorem, scilicet si non est necessaria; alio modo simpliciter, scilicet tam apud dialecticum quam apud demonstratorem, scilicet si non est necessaria nec probabilis. (7) Et est notandum quod omnis vera consequentia convertibilis est in aliam veram consequentiam, salvatis duabus condicionibus, scilicet quod propositiones antecedens et consequens transponantur, et quod mutantur qualitates earum secundum contradictionem; una harum condicionum deficiente, non est conversio gratia formae. (8) Fallacia consequentis est deceptio proveniens ex eo quod creditur consequentia tali modo converti qualiter non convertitur. (9) Causa apparentiae est quod consequentia vera est convertibilis in veram, causa defectus est quod consequentia non bene convertitur illo modo quo putatur bene converti; vel causa apparentiae est partialis identitas bonae conversionis ad non bonam, causa defectus est diversitas earum. (10) Fit ergo fallacia consequentis credendo unam consequentiam bene converti in aliam in quam non bene convertitur, et ultra credendo propter veritatem primae consequentiae quod secunda sit vera, cum non sit.

1 ut] vel *B* || etcetera] *ETVB*: om. *KG* 2 consequentia] conclusio (!) *K*
3 demonstratorem] *ETVB*: demonstrationem *KG* 4-5 alio ... necessaria] *ETK*:
redupl. *V*: om. *BG* 4 dialecticum] *VK*: dialecticam *ET*: def. *BG* 5 non] *ETV*:
nec *K*: def. *BG* 6 convertibilis est] *ET*: convertitur *VBKG* || in] om. *E*
8 propositiones] *VBKG*: ut add. *E*: si add. *T* || transponantur] *VB* confer pp. 000:
transmutantur *ETKG* 9 mutantur] *TB*: mutantur *VKG*: multentur *E* ||
contradictionem] *ET*: et add. *VB*: contrariam et *KG* 10 condicionum] *EVKG*:
om. *T*: contradictionum *B* || conversio] *E*: consequentia *T*: consequentia bona et
formalis *V*: consequentia bona *K*: bona conversio et *B*: conversio bona *G* 11
deceptio] *ETVK*: fallacia *B*: defectus *G* 12 qualiter] *ETV*: cum *KG*: quo *B* ||
convertitur] convertatur *G* 13 apparentiae] defectus (!) *B* || quod] *ETVB*:
quia *G*: om. *K* || consequentia] *ETB*: omnis *praem.* *VKG* 13-14 vera ...
consequentia] om. *B* 14 veram] *ETV*: def. *B*: aliam veram consequentiam
et *K*: et add. *G* || quod] *TVKG*: om. *E*: def. *B* || bene] *VBKG*: om. *ET*
15 quo] quamvis *V* || putatur] *ETB*: putetur *V*: ?putant *K*: proposito sunt *G*
16 partialis] personalis *E* 17 causa] *ET*: et *praem.* *VBKG* 18 consequentiam
bene] om. *B* 19 in quam] *KG*: in qua *ETV*: talis ?cuius quam *B*

Summulae, De fallaciis

(11) Modi principales huius fallaciae sunt duo. Primus est convertendo consequentiam secundum transpositionem antecedentis et consequentis sine mutatione qualitatum suarum; et vocatur ‘a positione consequentis’. Secundus modus est convertendo consequentiam in oppositam qualitatem antecedentis et consequentis sine transpositione ipsarum; et vocatur ‘a destructione antecedentis’.

Haec quinta pars est de fallacia consequentis. Quae habet undecim clausulas.

(1) Prima proponit intentum et ordinem in procedendo; et est manifesta. Sex autem sequentes sunt de his nominibus ‘antecedens’, ‘consequens’ et ‘consequentia’, et aliae quattuor prosequuntur directe de ista fallacia.

(2) Secunda clausula describit indistincte antecedens et consequens. Deinde notat coniunctiones designantes in consequentia quod unum sit antecedens et alterum consequens, et postea distincte distinguit inter antecedens et consequens. Et est totum manifestum.

(3) Tertia clausula describit consequentiam; ex cuius descriptione apparet quod consequentia est quaedam propositio hypothetica. Deinde notat duplicem esse consequentiam, scilicet unam quae est propositio conditionalis, et illa nec asserit antecedens nec asserit consequens, ut ‘si asinus volat; asinus habet alas,’ sed solum asserit quod hoc ad illud sequitur. Et ideo talis consequentia non est argumentum; nihil enim concludit. Alia consequentia est argumentum, si antecedens est notum et notius consequente; quae asserit antecedens et ob hoc infert assertive consequens. In conditionali autem

4 consequentis] ad .?. antecedentis *add. E* || modus] *ETK: om. VBG* 8
est] erit *E* || undecim] *ETVB: duodecim KG* 8–9 clausulas] *ET: vel particulas*
add. VBKG 10 et ordinem] *ETVB: scilicet quot sunt de his nominibus K:*
sunt de his nominibus *G* 11 sex] *ETBG: duae (!) V: scilicet K* || autem
sequentes] *om. K* || sunt ... nominibus] *ETVB: om. KG* || consequens] *ETV: et*
praem. BKG 13 secunda] *ETKG: ergo add. VB* 15 distincte] *ET: om. VBKG*
20 asserit] *ETVK: om. BG* 21 alas] *ETVG: pennas (!) vel pennas B: pennas K* ||
hoc] *VBKG: om. ET* || et] *ETVB: om. KG* 23 argumentum si] *ETVB:*
quod *K: si G* || est] *ET: sit VBKG* 24 antecedens] consequens (!) *K* ||
assertive] *ETVB: et add. KG*

7.4. De fallaciis extra dictionem

utimur hac coniunctione ‘si’, et in argumento hac coniunctione ‘ergo’. Et docet haec clausula quod coniunctio apponitur antecedenti, sive praepnatur antecedens consequenti sive postponatur, ut ‘si asinus volat, asinus habet alas’, et sic ‘asinus habet alas, si asinus volat.’ In argumento autem
5 coniunctio apponitur consequenti, ut ‘homo est risibilis; ergo animal est risibile.’

Et tu debes notare quod in uno argumento una conditionalis potest esse antecedens ad aliam, ut quando debite convertimus consequentiam. Verbi gratia: ‘si asinus volat, asinus habet alas; ergo si non habet alas, non
10 volat.’

(4) Quarta clausula dividit consequentiam in veram et falsam, et describit consequentiam veram et est totum manifestum. Verum est tamen quod aliqui dicunt consequentiam falsam non esse consequentiam, sicut denarium falsum non dicimus esse denarium. Alii dicunt consequentiam
15 aliam esse veram, aliam falsam, sicut propositionem, et non est mirum, quod omnis consequentia salvans formam consequentiae est propositio.

(5) Quinta clausula subdividit consequentiam veram. Est enim manifesta subdivisio ex descriptione consequentiae verae statim posita.

(6) Sexta clausula subdividit consequentiam falsam. Quae est satis
20 manifesta. Tamen potest dici quod non sequitur ‘est falsa apud demonstratorem; ergo est falsa’, sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. Consequentiam enim non necessariam negat demonstrator non quia simpliciter

1 utimur] *ETVG*: utuntur *B*: ut in *K* || ergo] *EBKG*: etcetera *add.* (!) *T*: redupl. *V*
1-2 et docet] *ETVG*: tunc docet *B*: quod deberet *K* 2 quod] *TBKG*: quod clau
add. *E*: si illa *add.* *V* 2-3 sive praepnatur] *ETVB*: supponatur *K*: si praepnatur *G*
4 et sic] *EG*: etiam *TB*: vel *V*: et etiam *K* 7-10 et ... volat] *om.* *B* 7 uno] *ET*:
om. *VKG*: *def.* *B* 9 alas] *ETV*: pennas *K*: *def.* *B*: ?asas *G* 9-10 habet ...
volat] *ETVG*: volat non habet alas (!) *K*: *def.* *B* 11-12 describit ... et] *VBKG*:
om. *ET* 12 tamen] *VBKG*: *om.* *ET* 13 aliqui] *VBKG*: alii *ET* 14 dicimus] *ET*:
om. *V*: diceremus *BKG* || alii] *ET*: et *praem.* *VBKG* 15 esse] *ETVB*: *om.* *KG* ||
aliam] *EBK*: et aliam esse *T*: et *praem.* *VG* || sicut] *ET*: et *add.* *VB*: hanc
add. *KG* || non est] *TVKG*: neque *B*: nec est *E* 16 quod] *ET*: quia *VBKG* ||
salvans] *ETB*: servans formam *VKG* || formam] *EVBG*: formae *T*: consequentiam
praem. *K* 17 subdividit] *ETVB*: describit *KG* || est] *ET*: et *praem.* *VBKG* ||
enim] *ETV*: *om.* *BKG* 18 divisio ex] *EVB*: divisio ex *T*: in subdivisione
et *K*: subdivisione ex *G* 19 sexta] *ET*: et *praem.* *VBKG* || subdividit] *ET*:
etiam *add.* *VBKG* || quae] *ET*: quod *V*: quod etiam *BKG* 20 manifesta] *ET*:
manifestum *VBKG* 21 sed est] quia esset in *E*^c

Summulae, De fallaciis

falsa, sed quia numquam sumenda est assertive in aliqua demonstratione (saltem proprie dicta, scilicet doctrinali et permansiva) plus quam falsa. Propter quod sophistae negant statim consequentias, si non sint necessariae, quia nituntur videri sapientes ut sunt demonstratores. Et secundum eosdem demonstratores, contra sensum praedictum, dicebatur in septimo 5 capitulo primi tractatus quod omnis conditionalis vera est necessaria.⁵¹ Ideo etiam omnis falsa est impossibilis, quia non potest esse necessaria nec vera apud demonstratorem.

(7) Septima clausula unum ponit notabile de conversionibus consequentiarum, quod tenet per illam regulam prioristicam: ‘necesse est si ad antecedens sequitur consequens in vera consequentia, quod ad contradictorium consequentis sequitur contradictorium antecedentis in vera consequentia.’⁵²

(8) Octava clausula describit fallaciam consequentis. Et patet satis descriptio, viso quod, licet omnis consequentia possit converti in aliam, 15 tamen non omni modo bene convertitur, sed oportet praedictas condiciones observare.⁵³

(9) Nona clausula describit duplicem causam apparentiae et duplicem causam defectus. Potest enim esse una causa apparentiae haec quod sci-

1 sed quia] *ETV*: quia *K*: sed *B*: sed secundum quid quia *G* || sumenda] *VBKG*:
supponenda *ET* 2 dicta] *VBKG*: *om. ET* || falsa] *ETKG*: fallacia *VB*
3 quod] *ET*: etiam *add. VBK*: quae etiam *G* || sint] *TVBG*: sunt *EK* 4 ut] *ET*: et
scientes sicut *V*: sicut *BKG* || sunt] *ET*: *om. VKG*: sicut *praem. B* 5 contra] *ET*:
et *VBKG* || sensum] secundum (!) *K* 6 condicionalis] *ETVB*: *om. KG*
7 etiam] *VKG*: *om. ET*: et *B* || necessaria nec vera] *E*: vera nec necessaria *T*:
necessaria ideo nec vera *VB*: vera ideo nec est vera *K*: vera ?necessario nec est
vera *G* 8 demonstratorem] *ET*: demonstratores *VBKG* 10 prioristicam] *ETVB*:
prius positam *KG* || necesse] *TBKG*: necessariae *EV* 11 sequitur] *ETVB*:
sequatur *KG* 12 sequitur] *ETVB*: sequatur *KG* || in] *ETKG*: etiam *V*: etiam
praem. B 14 satis] *ETB*: statim *VKG* 15 possit] *ETKG*: posset *V*: vera
potest *B* 16 omni modo] *ETVG*: omnino *B*: omnis *K* || praedictas] *ET*: duas
prius dictas *VBKG* 18 describit] *ET*: dat *VBG*: *om. K* 19 defectus] dat *add. K* ||
haec] *VKG*: *om. ET*: hoc *B*

51 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De propositionibus*, § 1.7.3, p. 74⁵-76².

52 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De syllogismis*, § 5.10.5.

53 Cf. supra cl. 7, p. 000⁰⁰⁰.

7.4. De fallaciis extra dictionem

tur omnem consequentiam veram esse convertibilem in veram. Ideo, cum prima consequentia sit vera, creditur quod illa in quam convertitur sit vera. Quod aliquando non est verum, quia non debito modo convertitur. Ideo etiam est causa defectus hic quod in convertendo non observantur con-
 5 ditiones necessariae ad veram conversionem. Et ideo considerandum est, cum conversio debeat fieri mutando qualitatem secundum contradictionem, quod quibus modis in convertendo contingit deficere a contradictione antecedentis et consequentis, illis contingit errare secundum istam fallaciam. Alia causa apparentiae est partialis identitas bonae conversionis ad non
 10 bonam. ■ Cum enim imperitus non percipit differentiam earum quae est causa defectus, propter hoc quod illa differentia est parva vel occulta, ipse credit quamlibet esse bonam.

(10) Decima clausula ostendit quomodo nobis fiat ista fallacia; et hoc est manifestum considerantibus praedicta.

15 (11) Ultima clausula distinguit modos huius fallaciae duos. Primus est a positione consequentis ad positionem antecedentis, ita quod, sicut ad antecedens bene sequitur consequens, sic ad consequens vere putatur sequi antecedens. Et secundus modus est a destructione antecedentis, ita quod, sicut ad antecedens sequitur consequens, ita creditur ad oppositum antece-
 20 dentis sequi oppositum consequentis. Et neutrum eorum est necessarium.

1 in veram] VBG: om. ET: in aliam veram K || ideo] ETV: etiam enim add. B: enim add. KG 4 est] ETVB: et KG || hic] ET: om. V: est haec KG: hoc B || observantur] ETVG: observatur B: servantur K 5 necessariae] EVBG: necessarias T: necesse K || veram] ETB: bonam V: debitam KG || et] ETVB: veram add. K: bonam et add. G 6 cum] VBKG: quod ET || qualitatem] ETV: quantitates K: qualitates BG 7 a contradictione] in contradicendo K 8 illis] VB: illos KG: ita ET 9 alia] ET: dicitur etiam quod potest esse VBKG || est] ET: om. VBKG 13 ostendit] EK: om. T: dicit VBG 13-14 hoc est] ETVB: est totum K: est G 14 considerantibus praedicta] ET: consideratis praedictis VBKG 16 consequentis] ETBG: antecedentis VK || antecedentis] ETBG: consequentis VK || sicut ad] om. B 17 bene] EV: om. T: vere BKG || sic] VKG: est quod add. ET: si B || putatur] ETBG: putetur V: videatur K 18 modus] ET: om. VBKG || antecedentis] ETVB: ad destructionem consequentis add. K: consequentis G 19 ita] ETVB: sic KG || creditur] ETG: credatur V: om. B: videatur K || oppositum] ETV: contradictorium BKG 19-20 antecedentis] consequentis K 20 sequi] ETVG: sequitur B: vere praem. K || oppositum] ETVG: contradictorium BK || consequentis] ETBG: antecedentis VK

Summulae, De fallaciis

Sed est necessarium quod, sicut ad antecedens sequitur consequens, sic ad contradictorium consequentis sequitur contradictorium antecedentis.

Et exemplum in necessariis est quod Mellissus utroque horum modorum arguebat sophisticè quod universum sit infinitum secundum magnitudinem. Primo ergo quantum ad primum modum ponebat quod si universum est factum, ipsum est finitum et non infinitum, eo quod omne factum est finitum, et convertendo concludebat:

‘ergo si est finitum, est factum;
sed non est factum (ut dicebat);
ergo non est finitum, sed infinitum.’ 10

Secundo quantum ad secundum modum ponebat, ut prius, quod si universum est factum, ipsum est finitum, et concludebat:

‘ergo si non est factum, non est finitum;
cum ergo non sit factum (ut dicebat),
sequebatur quod non est finitum, sed infinitum.’ 15

Similiter in consequentiis probabilibus et rhetoricis, quia probabile est omnem adulterum esse comptum et lascivum, consequentia est probabilis: ‘si ille est adulter, ipse est comptus’, et convertitur sophisticè quod si est comptus, ipse est adulter. Quod non sequitur, quia hoc accidens ‘comptus’ convenit pluribus aliis. 20

Et est notandum, ut dicit Aristoteles, quod fallacia consequentis est pars fallaciae accidentis, et quod consequens accidit.⁵⁴ Hoc non dicimus

1 sed est necessarium] VBKG: om. ET 3 et] ETVB: om. KG || in] de B ||
necessariis] naturalibus T || est] ETVB: om. KG 5 primo] EBK: primus T:
pono V: prius G || modum] ETVB: om. KG || ponebat] EBKG: om. T: sicut
praem. V 6-7 non ... et] VBKG: om. ET 8 factum] finitum K 9
factum] finitum B 12 et] ETV: om. BKG || concludebat] ET: om. VBKG
13 non ... finitum] om. K 14 sit] ETB: est VKG 15 infinitum] ETVB:
om. KG 16 similiter] ETVB: om. K: sed G 18 ille] VBKG: om. ET
19 hoc] EVG: om. TBK || accidens] antecedens B 21 ut] ET^cVBG: quod TK
22 consequens] VB: consequenti ETG: consequentia K || hoc] ETKG: autem
add. VB

54 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 6, 168b28-29.

7.4. De fallaciis extra dictionem

quod formaliter fallacia consequentis sit fallacia accidentis, nec paralogismus consequentis paralogismus accidentis, sed quia ex materia argumenti deficientis secundum consequens potest fieri paralogismus accidentis, scilicet mutando consequentiam in propositionem categoricam et arguendo ex
5 ambabus affirmativis in secunda figura, ut:

‘omnis adulter est comptus;
Socrates est comptus;
igitur Socrates est adulter,’

vel etiam in prima figura, minore existente negativa, ut:

10 ‘omne factum est finitum;
universum non est factum;
ergo universum non est finitum.

Est tamen differentia inter istam fallaciam et illam, quia argumentum in hac fallacia ordinatur in duabus consequentiis secundum apparentem conversionem, in fallacia autem accidentis ordinatur in modum seu similitudinem
15 unius consequentiae syllogisticae. Sed tamen nec oportet semper in fallacia consequentis exprimere ambas consequentias, sed contingit saepe quod, habita prima in mente, secunda exprimitur tamquam apparens sequi ex prima.

20 Notandum est etiam quod in fallacia consequentis quidam apponunt tertium modum, quem vocant ‘ab insufficiente’, scilicet si antecedens non sufficiat ad inferendum consequens una consequentia. Ut procedendo a

1 quod] *ET*: quia *VBKG* || formaliter] *VBKG*: est *add. sed exp. E*: est *add. T*
1-2 nec ... accidentis] *om. V* 2 consequentis] *EB*: sed *add. T*: *def. V*: nec *add. KG*
|| accidentis] *ETK*: *def. V*: antecedentis *BG* 2-3 sed ... accidentis] *om. B*
3 deficientis] *EG*: deficiunt *T*: defectuosi *V*: deficiant *K*: *def. B* 3-4 scilicet
mutando] sumendo *T* 7 Socrates ... comptus] *ETVB*: *?. est adulter K*: Petrus
decoloram ?actus *?. ?. est comptus G* 8 Socrates] *ETVB*: *om. K*: Petrus *G* ||
adulter] comptus *K* 9 existente negativa] *ETBG*: negativa *V*: affirmativa *K*
10 factum] *ETBK*: finitum *V*: *om. G* || finitum] factum *V* 11 non est] est
non *G* 12 non est] est non *K* 13 differentia] *ETKG*: formalis *praem. VB*
14-15 in ... in] *ETVB*: secundum *KG* 16 nec] *EKG*: non *TV*: *om. B* ||
semper] *EVKG*: *om. T*: nec *B* 17 consequentis] semper *add. T* 18-19 ex
prima] *ETKG*: ex illa prima *V*: exprimitur *B* 22 sufficiat] *ETBG*: sufficit *VK* ||
consequens] *ETV*: in *add. KG*: ut in *add. B* || una] *ET*: vera] *VBKG*

Summulae, De fallaciis

singularibus non sufficienter enumeratis ad universalem, vel ab una exponentium ad expositam, vel a superiori non distributo ad inferius, aut a pluribus causis veritatis ad unam, et sic de pluribus aliis. Tamen apparet mihi quod non sic sit dicendum, quia tunc oporteret dicere quod omnis fallacia accidentis aut etiam secundum quid et simpliciter esset fallacia consequentis. Oportet ergo, ut dictum est, si debeat esse fallacia consequentis distincta 5
contra alias duodecim, quod ipsa fiat secundum duplicem consequentiam, ut dictum est. Et si aliter sit argumentum sophisticum ab insufficiente antecedente, ipsum est reducendum ad aliam fallaciam, ut ante notatum est.⁵⁵
Et post magis dicitur, scilicet in ultima parte huius capituli.⁵⁶ 10

Aliqui etiam dubitant an habeamus fallaciam antecedentis sicut consequentis. Et ego respondeo quod, cum nomina significant ad placitum, possemus istam fallaciam vocare 'fallaciam antecedentis' specialiter quantum ad secundum modum, qui fit a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. 15

Tamen, quia proprium est huic fallaciae quod fiat secundum duplicem consequentiam, ut dictum est, rationabile videtur quod fallacia ab illo sumat denominationem a quo consequentia. Hoc autem est a consequente, ut manifestum est. Igitur etc.

2 aut] VKG: et EB: om. T 4 tunc] ETV: om. KG: ?talem B || oporteret] ETV: oportet KG: om. B 5 etiam] ETVG: fallacia add. B: a add. K 6 oportet] EKG: apparet TB: apparet oportet V || ut dictum est] ETVB: nunc dicendum esse KG 8 sit] ETV: fiat BKG 12 significant] VK: significant ETBG 14 fit] ETVB: om. KG 16 huic] ETB: huius V: om. KG 18 est] ETVB: om. KG

55 Cf. supra, § 7.4.5, p. 000⁰⁰⁰.

56 Cf. infra, § 7.4.8, p. 000⁰⁰⁰.

7.4. De fallaciis extra dictionem

7.4.6.

(De fallacia secundum non causam ut causam)

(1) Deinde quantum ad fallaciam secundum non causam ut causam sciendum est, ut dicit Aristoteles, quod ipsa fit in syllogismis ad impossibile.⁵⁷ Syllogismus autem ad impossibile, ut dictum est in ultimo capitulo tractatus *De syllogismis*,⁵⁸ congregatur ex syllogismo inferente conclusionem impossibilem et reversione super praemissas ad inferendum ex impossibilitate conclusionis illatae impossibilitatem praemissarum vel alicuius earum. (2) Fit igitur haec fallacia ex defectu syllogismi ad impossibile, non ex defectu syllogismi primi quantum ad illationem, quia sic esset fallacia accidentis; nec ex defectu notioritatis requisitae ad probationem conclusionis ultimo intentae, quia esset petitio principii et non haec fallacia; nec ex defectu contradictionis conclusionis ultimo conclusae et probatae ad positionem respondentis, quia esset fallacia ignorantiae elenchi, sed ex defectu reversionis ab impossibilitate conclusionis syllogismi primi ad inferendum impossibilitatem eius propter quod sequebatur conclusio impossibilis. (3) Deinde etiam notandum est quod in bono syllogismo, licet praemissae non sint causae conclusionis in essendo vlg De Rijk causando; zie De demonstrationibus eam vel in essendo eam veram aut necessariam, ut dicitur in tractatu *De demonstrationibus*,⁵⁹ tamen

7.4.6: E 91^{va}, T 69^{rb}, V 90^{va}, B 90^{ra}, K 138^{va}, G 67^{vb}

4 congregatur] VB: cum ergo arguitur EKG: cum arguatur T 5 reversione] VB: reversionem ETKG 6 ex ... conclusionis] ETVB: expositae K: in ?expositae conclusionis G 7 praemissarum] TVB: earum EKG 8 ex] non praem. K 8-9 ad ... syllogismi] ETVB: om. KG 10 notioritatis] ETVK: necessitatis B: innotioritatis G || requisitae BKG: exigite EV: exigentiae T 11 et ... haec] EB: nec fit haec T: non haec VG: non ex K 12 nec] EBKG: om. T: non praem. V 18 eam ... eam] ETG: esse add. V: vel essendo esse B: eam esse K

57 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167b21-24.

58 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De syllogismis*, §5.10.6.

59 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De demonstrationibus*, §8.11.2, p. 210²¹-211⁹.

Summulae, De fallaciis

dicuntur causae conclusionis in inferendo eam necessaria illatione. Et ideo omnis praemissa in syllogismo operans ad necessariam illationem conclusionis ita quod ipsa remota non esset illatio, vocatur hic ‘causa’; et si aliqua praemissa nihil ad hoc operans admisceatur praemissis operantibus, ipsa vocatur ‘non causa’; et si illa appareat operari propter aliquam convenientiam cum conclusione vel cum aliqua praemissarum operantium, ipsa ‘non causa ut causa’ vocatur. Dico ‘non causa’, quia nihil operatur, sed ‘ut causa’, quia sumitur in syllogismo inter alias praemissas ac si operaretur et esset causa. (4) Est igitur fallacia secundum non causam ut causam deceptio proveniens ex eo quod non causa creditur esse causa, propter quod ex impossibilitate conclusionis revertitur ad concludendum impossibilitatem illius non causae ac si esset causa. (5) Causa apparentiae est convenientia praemissae non causae cum praemissis causis vel cum conclusione, propter quod videtur esse causa in inferendo conclusionem, sicut aliae praemissae. Causa defectus est quod illa praemissa non causa ex impossibilitate conclusionis infertur esse impossibilis, cum non sit. (6) Fit igitur haec fallacia revertendo ex impossibilitate vel falsitate conclusionis ad probandum quod aliqua praemissa sit falsa vel impossibilis, et cum praemissae quae sunt causae creduntur esse verae vel possibiles, infertur quod aliqua praemissa non causa est falsa vel impossibilis, cum non sit ita. (7) De modo autem per quem fit haec fallacia ponit Aristoteles talem paralogismum:⁶⁰ ‘anima et vita sunt idem, vita et mors sunt contrariae, generatio etiam et corruptio sunt contrariae; sed omnis mors, saltem animalis bruti, est corruptio; igitur omnis vita huiusmodi animalis est generatio. Haec autem

1 causae] *ETVG*: esse *B*: esse causa *K* 5–6 operantibus ... appareat] *om. K*
 7 operantium] *ETVB*: operationum *KG* 8 dico ... causa] *ETVB*: *om. KG* ||
 sed] *ETBG*: et dico *V*: vocatur *add. K* 12–13 concludendum] probandum *V*
 14 causae] esse (!) *K* 15 videtur] et creditur *add. E* 20 probandum] con-
 cludendum *B* 21 creduntur] *EVB*: credantur *T*: credentur *K*: crederentur *G* ||
 possibiles] impossibiles (!) *K* 23 de modo] demonstratio *G* 24 anima] *ETVB*:
 animal (!) *KG* 25 etiam] *ET*: *om. VBKG* 27 huiusmodi] *EVKG*: huius *B*:
 talis *T*

60 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 5, 167b26–b37.

7.4. De fallaciis extra dictionem

conclusio est falsa, ergo praemissarum aliqua est falsa; sed omnes
sunt verae praeter primam, prout apparenter potest esse proba-
tum; ergo prima erat falsa, scilicet ‘anima et vita sunt idem’, quam
ponebat respondens.’ Et patet quod illa praemissa erat non causa,
5 quia ea remota adhuc sequitur conclusio per regulam illam topi-
cam: ‘si oppositum in opposito, et propositum in proposito.’⁶¹

Ista sexta pars est de fallacia secundum non causam ut causam et habet
septem clausulas. (1) Quarum prima ponit istam fallaciam fieri solum in
syllogismis ad impossibile et ex quibus syllogismus ad impossibile integratus
10 est, ut appareat ex cuius defectu fiat ista fallacia.

(2) Et iuxta hoc secunda clausula ostendit ex cuius defectu in syllogismo
ad impossibile fiat ista fallacia et ex quorum defectibus non fit, ex quo etiam
manifestum est quod haec fallacia non fit in syllogismis ostensivis.

(3) Tertia clausula ostendit quid vocamus hic ‘causam’ et quid ‘non
15 causam’, et quid etiam ‘non causam ut causam’, et quare sic vocamus.

(4) Quarta clausula describit istam fallaciam. (5) Quinta assignat in
ea causam apparentiae et causam defectus. (6) Sexta ostendit quomodo fit
nobis ista fallacia, et (7) septima ponit unum exemplum de uno paralo-
gismo qui fit ex superflua appositione alicuius praemissae cum praemissis
20 necessario apposis. Et haec omnia sunt satis manifesta in textu.

2 potest] *EVB*: .?. *praem.* *T*: probat *K*: esse probat *G* 3 erat] *ETVG*: erit *B*:
est *K* || scilicet] *om.* *E* || anima] *ETVB*: scilicet animal *KG* 4 pone-
bat] *ETV*: posuerat *BKG* || erat ... causa] *VKG*: erat *E*: non erat *T*: prima
praem. *B* 5 quia] *E^cTVKG*: anima *add.* *E*: quae *B* 5-6 topicam] prius proposi-
tam *K* 6 si ... proposito] sicut propositum in proposito sic oppositum in opposito *B*
9 et] *BKG*: ex *praem.* *T*: *om.* *EV* || ex] *EVKG*: distinguit ea *praem.* *TB* 9-10 in-
tegratus est] integratur *B* 11-12 et ... fallacia] *E^cTVB*: *om.* *EKG* 13 est] *ETBK*:
om. *VG* 14-15 et ... causam] *EVBG*: *om.* *TK* 15 et ... causam] *om.* *T* ||
quare] et quomodo *add.* *B* 16 clausula] *ETV*: *om.* *BKG* || quinta] *VBKG*:
clausula *add.* *T*: alia *E* || assignat] *VBKG*: ostendit *ET* 17 ea] *VBKG*:
eam *T*: communi *E* || sexta] *VBKG*: clausula *add.* *ET* || fit] *TVKG*: fiet *E*: fiat *B*
18 nobis] *EVBG*: *om.* *TK* || unum] *ET*: *om.* *VBKG* 19 appositione] *ETV*: posi-
tione *KG*: appositione *B* || cum praemissis] operantibus *T* 20 necessario] *EVG*:
necessarie *TBK* || apposis] *ET*: dispositis *VG*: transpositis *K*: ?depositis *B* ||
manifesta] *ETV*: et posita *add.* *K*: clare posita *B*: clara et posita *G*

61 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De locis*, §§6.5.2 et 6.5.5.

Summulae, De fallaciis

Sed videtur quod istam fallaciam debemus extendere ad quendam alium modum, satis notabilem, propter quem non necesse sit in omni syllogismo concludente conclusionem falsam unam esse praemissarum falsam; unde non est necesse in omni syllogismo concludente conclusionem impos-

5
sibilem esse unam praemissarum impossibilem. Sed possibile est propter impossibilitatem praemissarum, quamvis aliqua earum vel quaelibet sit possibilis, quod conclusio de necessitate sequatur impossibilis.

Verbi gratia, haec est possibilis: ‘omne currens est asinus’, et haec possibilis: ‘omnis homo est currens’, et tamen sequitur in primo modo primae figurae ista conclusio ‘ergo omnis homo est asinus’, quae de necessitate est

10
impossibilis. Si ergo, revertendo, dicamus: ‘conclusio est impossibilis; igitur aliqua praemissarum’, male dicimus, quia neutra est impossibilis. Et iste defectus est penes secundum modum huius fallaciae, ergo debet sic dici: ‘conclusio est impossibilis; igitur aliqua praemissarum est impossibilis vel illae praemissae ex quibus sequitur sunt impossibiles.’

15

Unde concedendum est quod bene sequitur: ‘conclusio est impossibilis – seu consequens est impossibile – igitur antecedens ex quo sequitur, est impossibile’. Sed in syllogismo antecedens totale non est aliqua praemissarum, sed copulativa composita ex ambabus praemissis, quae copulativa

1 debemus] *ETV*: simpliciter *praem. B*: debeamus *KG* || extendere] *TVBK*: ostendere *EG* || quendam] *VBKG*: quemcumque *ET* 2 non ... sit] *V*: necesse sit *G*: necessarie sit *BK*: *om. ET* 2-3 syllogismo] non necesse sit *add. E*: non necessarie sit *add. T* 5 esse unam] *VBKG*: unam esse *ET* 5-6 sed ... praemissarum] *VBKG*: sed propter impossibilitatem praemissarum possibile est quod *E*: quia est quod *T* 5 est] *ETBK*: *om. VG* 7 possibilis] impossibilis *K* 8 possibilis] impossibilis *E* || omne currens est asinus] *VBKG*: omnis homo est asinus *E*: omnis homo est albus *T* || haec] *ETVG*: est *add. BK* 9 omnis ... currens] *E*: omne currens est homo *E^c* || et] *VBK*: similiter haec omnis asinus est currens *praem. ET*: *om. G* || tamen] *E^cVBKG*: non *add. ET* 10 ergo] *VBK*: *om. ETG* 13 defectus] *ETVB*: praemissarum *add. KG* || ergo] *TKG*: ideo *E*: enim *VB* 14 est impossibilis] *ETVB*: *om. KG* 15 sequitur] *ETB*: ista conclusio *add. VG*: talis conclusio *K* || impossibiles] impossibiles *K* 16 unde] bene *add. E* || est] *VBKG*: *om. ET* 17 est] *om. E* || igitur] *ETVB*: et *add. KG* 19 ambabus] *ET*: duabus *VBKG* || quae] *ET*: ?quodam *add. V*: quaedam *B*: quidem *KG*

7.4. De fallaciis extra dictionem

potest esse impossibilis aut ex impossibilitate unius praemissae, aut ex impossibilitate suarum categoricarum, licet utraque sit possibilis, ut hic:

‘omne currens est asinus;
5 omnis homo est currens;
igitur etc.’.

Unde paralogismus sit ad probandum quod impossibile est te bibere:

‘bibens potest non bibere;
sed tu bibis;
10 igitur bibens non bibit.

Conclusio est impossibilis; igitur aliqua praemissarum; sed non maior, quae dicit ‘bibens potest non bibere’; igitur minor dicens: ‘tu bibis; igitur impossibile est te bibere.’

Unde magni doctores defecerunt secundum istum modum huius fallaciae. Unde Aristoteles nono *Metaphysicae* sic vult concludere quod omne habens potentiam ad corrumpendum corrumpetur et omne habens potentiam ad generandum generabitur.⁶² Et arguit de corruptione sic: A secundum adversarium possibile est corrumpi, quod tamen non corrumpetur; tunc arguitur sic:

20 ‘A corrumpetur;
et ipsum non corrumpetur;
igitur quoddam quod non corrumpetur, corrumpetur.

1 impossibilitate] *E*: parte *T*: falsitate *E^cVBKG* || aut ex] *ETKG*: autem ex *V*: est *B* 2 impossibilitate] *EV*: impossibilitate *TKG*: compossibilitatem *B* 4 est] potest esse *K* || asinus] *ETK*: et *add. VBG* 5 est] potest esse *K* 6 igitur etcetera] *ETB*: *om. VKG* 7 paralogismus] *E^cVB*: probabilibus *ETKG* || te] *ETVG*: *A B*: non *add. K* 12 dicens] *ETG*: quod *add. VB*: *om. K* 13 te bibere] *ETK*: te bibentem bibere *VG*: *A* bibere non bibere *B* 16 corrumpendum] generationem ad corruptionem *V* 17 generandum] *TBK*: generationem *EVG* 18 est] *ETV*: *om. E^cBKG* 21 et ... corrumpetur] *om. B*

62 Cf. Aristoteles, *Metaphysica*, IX.9, 1047b3-9[■]
xi opt dit?

Summulae, De fallaciis

Conclusio est impossibilis; igitur aliqua praemissarum; non maior, quia conceditur ‘A posse corrumpi’; igitur minor est impossibilis, scilicet quod ‘A non corrumpetur’. Et si impossibile sit quod A non corrumpetur, necesse est quod A corrumpetur; igitur omne possibile corrumpi corrumpetur.’

Item videtur prima facie quod Aristoteles primo *Caeli* versus finem 5
 usus sit ratione tali et ad eandem intentionem.⁶³ Vult enim quod haec sit
 impossibilis: ‘semper ens in futuro est corruptibile vel potest non esse’,
 quia illud impossibile est ad quod sequitur impossibile. Sed ad istam pro-
 positionem sequitur impossibile, scilicet quod illud aliquando simul erit et
 non erit, arguendo sic: ‘sit illud A; tunc sic: A semper erit, ut tu dicis, et
 ipsum aliquando non erit (hoc ponamus); igitur aliquando non erit quod
 semper erit, et hoc est impossibile.’ Sed si tu dicis quod illud impossibile
 sequitur ex illa falsa quam pono, scilicet quod A quandoque non erit, re-
 spondet Aristoteles quod illa cavillatio non valet, quia, licet illa sit falsa,
 tamen est possibilis, quia A potest non esse, ut tu ponis. Modo ex possibili, 15
 quantumcumque falso, non sequitur impossibile, licet bene sequatur falsum.
 Igitur non propter falsitatem huius praemissae sequitur illud impossibile,
 sed propter impossibilitatem positionis adversarii.

1 est] *om. E* 2 conceditur] *E^c: concluditur E* 3 non]; *om. B* || et
 ... corrumpetur] *om. B* || impossibile] *ETVKG: possibile E^c: def. B* || sit] *E:*
 est *TVKG: def. B* 4 possibile] *ETV: quod possibile est BKG* || corrumpetur] et
 similiter argueretur quod omne quod potest generari generabitur *add. B* 6 ra-
 tione] *ETVB: pari praem. KG* || tali] *ETKG: simili V: similiter B* 7 impossibilis]
 possibilis *T* 8 illud] *ET: om. VBKG* || impossibile] possibile *V* 8-9 pro-
 positionem] *V: positionem EB: impositionem KG: om. T* 9 sequitur] potest
 sequi *T* || illud] *E: om. E^c* || aliquando] idem *add. E* 10 sit] *VBKG: et*
praem. ET 11 hoc] *EBKG: om. TV* || aliquando] *VBKG: quod praem. ET*
 12 si] *ETB: om. VKG* || dicis] *ET: dices VBK: dices G* 13 falsa] fallacia *E* ||
 A quandoque] *ETKG: A aliquando V: aliquando est B* 14 cavillatio] sit falsa
add. necnon del. E || illa] *VBKG om. ET* 15 est] *ETVB: ipsa praem. KG* ||
 modo] *ETB: numquam add. VKG* 16 non sequitur] *ET: potest sequi V: sequi-*
tur KG: numquam sequitur B || sequatur] *ETVG: sequitur BK* 17 illud] *ETVB:*
om. KG 18 impossibilitatem positionis adversarii] *B: positionem adversarii ET:*
adversarii falsitatem positionis respondentis V: falsitatem positionis adversarii KG

63 Cf. Aristoteles, *De Caelo*, I.12, 283a25-28.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Sed nos respondemus quod illae conclusiones impossibiles non sequuntur propter impossibilitatem alicuius praemissae, nec propter impossibilitatem positionis adversarii, sed propter impossibilitatem praemissarum. Non ergo bene infertur: ‘conclusio est impossibilis; igitur aliqua praemissarum’, sed bene infertur quod ergo totale antecedens est impossibile. Si tamen una praemissarum esset necessaria, bene inferretur quod alia esset impossibilis, quia nulla necessaria est alicui possibili impossibilis.

Est ergo notandum quod ad extendendum hanc fallaciam ad istum modum esset aliquantulum corrigendum illud quod dictum⁶⁴ est de causa ut non causa. Dicemus enim quod, cum non possit conclusio impossibilis inferri de necessitate nisi ex antecedente impossibili, ideo in hoc proposito causa eius quod conclusio impossibilis infertur secundum consequentiam necessariam est impossibilitas antecedentis. Si igitur sit praemissa superflua, nihil operans ad necessariam illationem conclusionis, illa nullo modo est in hac fallacia causa, quia ita inferretur sine ea. Si autem nulla sit superflua, tunc antecedens est impossibile ex impossibilitate alicuius praemissae altera existente necessaria, et tunc impossibilitas eius dicitur causa quod conclusio impossibilis infertur, et in hoc praemissa necessaria dicitur tamquam non causa; si autem quaelibet praemissarum sit possibilis, tunc neutrius im-

1 respondemus] *ETKG*: respondebimus *VB* 1–2 impossibiles non sequuntur] *VKG*: non sequuntur impossibiles *ET*: non sequuntur *B* 2 impossibilitatem ... praemissae] *ETVB*: *om. KG* 2–3 nec ... praemissarum] *om. B* 2 nec propter] *ETV*: *om. KG*: *def. B* 2–3 impossibilitatem] *TVK*: possibilitatem *E*: falsitatem *G*: *def. B* 3 propter impossibilitatem] *ETV*: ad impossibilitatem *K*: nos respondemus quia illae conclusiones impossibiles non *praem. G*: *def. B* 4 ergo] *ETVB*: *om. KG* 5 ergo] *ET*: *om. VBKG* || si] *TVKG*: cum *praem. E*: sed *B* 7 impossibilis] *ETVB*: impossibilis *KG* 9 ut] *ETG*: et *VBK* 10 dicemus] *VBG*: dicamus *E*: dicimus *TK* 11 hoc] *VBKG*: *om. ET* 12 eius] *VBKG*: est *add. T*: huius est *E* || conclusio] *ETVB*: *om. KG* 13 est] enim *add. T* || si] sic *T* || sit praemissa] *ETBK*: fuerit sic aliqua praemissa *V*: sic praemissa sit *G* 14 nihil] *ETV*: scilicet *praem. BKG* 14–15 illationem ... ea] *E^c*: *om. E* 14 nullo modo] *VBKG*: non *E^cT*: *def. E* 15 fallacia] *E^cT*: *om. VBKG*: *def. E* || ita] *VKG*: alia *E^c*: illa conclusio *T*: *om. B*: *def. E* 16 tunc] *B*: vel *add. ETV*: nec *add. KG* 18 hoc] *EVBG*: hac *TK* || praemissa] prima *E* 19 causa] quia illa inferretur sine ea *add. T* || praemissarum] *ET*: praemissa *VBKG* 19–150.1 impossibilitas] *ETV*: compossibilitas *K*: possibilitas *BG*

64 Cf. Johannes Buridanus, *Summulae, De fallaciis*, §7.4.6, p. 145^{7–11}.

Summulae, De fallaciis

possibilitas est causa quod sequitur conclusio impossibilis, ideo quaelibet seorsum dicitur non causa, sed totale antecedens copulative integratum ex eis est in hoc causa, et ex eius impossibilitate, quae est propter impossibilitatem praemissarum, (sequitur impossibilitas conclusionis).■

Est ergo fallacia secundum non causam ut causam deceptio ^{overgenomen uit ms Liege 44C; passage wel of niet opnemen?} 5
ex eo quod aliqua praemissa creditur esse causa quod impossibilis vel falsa conclusio sequitur, cum non sit in hoc causa. Et haec est causa apparentiae quod nulla alia praemissa apparet falsa vel impossibilis, ideo putatur quod ex falsitate vel impossibilitate illius proveniat tota falsitas vel impossibilitas antecedentis. Et causa defectus est quod aliunde est falsitas vel impossi- 10
litas antecedentis.

Ultimo ego revertor ad primum modum, quia dubitare potest aliquis unde in exemplo posito sit falsitas vel impossibilitas antecedentis quae sit causa quod conclusio impossibilis sequitur vel falsa. Et ego dico quod ista propositio est falsa et impossibilis: ‘mors et vita sunt contrariae.’ Hoc enim 15
nomen ‘vita’ non significat rem suam per modum mutationis, nec etiam per modum quietis, sed potest esse vita in transmutatione et in quiete. ‘Mors’ autem significat rem suam per modum transmutationis et est nomen mutationis. Et ergo tamen numquam nomen mutationis contrariatur nomini mutationis vel quietis, sed immutationis, ut habetur quinto *Physicorum*.⁶⁵ 20

2 dicitur non] *ETVB*: non dicitur *KG* || sed] quod *add. E* || antecedens] *ETVB*:
om. KG 3 et] *ET*: *om. VBKG* 3-4 impossibilitatem] impossibilitatem *K*
4 praemissarum] *E*: quid sit fallacia secundum non *add. E^c* || sequitur ... conclu-
sionis] *posui ex coll. Hubien* 5 ut causam] *om. E* 7 sit] est *praem. sed del. E* ||
et ... apparentiae] *V*: et est causa apparentiae et est causa haec *E*: causa apparentiae
est haec *T*: et est causa haec *add. KG*: est causa .?. nec in hoc *B* 8 alia] *VB*:
om. ETKG 10-11 et ... antecedentis] *ETB*: *om. VKG* 10 quod aliunde
est] *ET*: aliquid esse *B*: *def. VKG* 13 falsitas] superfluitas *G* || quae] *VBKG*:
et *praem. ET* 15 et] vel *B* || enim] *om. E* 18-20 est ... immutationis] *ET*:
nomine mutationis nomen non contrariatur nisi nomini mutationis et quietis sed
immutationis *V*: nomen mutationis contrariatur mutationi vel quieti si mutationi *K*:
nomen mutationis non communi nomini non mutationis seu quietis vel etiam mu-
tationis *B*: nomen mutationis contrariatur nisi nomini mutationis vel quietis seu
mutationis *G*

⁶⁵ Cf. Aristoteles, *Physica*, v.6, 230a7-19.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Et ego etiam suppono quod, nominibus sumptis personaliter, non est verum quod mors vel corruptio contrariatur vitae vel ei quod corrumpetur.

7.4.7.

(De fallacia secundum plures interrogationes ut unam)

(1) Ultimo dicturi sumus de fallacia secundum plures interrogationes ut unam. Circa quam primo notandum est quod doctor,
5 qui tenet locum opponentis in disputatione demonstrativa, non interrogat proprie, sed conclusionem demonstrandam assertive proponit vel enuntiat. In disputatione autem dialectica aut sophistica opponens interrogat, respondenti dans electionem tenendi quam partem voluerit, quia potest arguere ad utramque partem
10 contradictionis. (2) Interrogatio autem est quaestio quam modo interrogativo opponens proponit respondenti, ut: 'utrum vacuum est?', 'utrum album potest esse nigrum?'. (3) Propositio et interrogatio differunt et conveniunt. Differunt, quia propositio assertive enuntiat, sed non interrogatio. Sed conveniunt, quia eadem oratio
15 quae est propositio sine signo interrogativo et est interrogatio addito sibi isto signo 'utrum' vel 'an' aut huiusmodi; propositio enim est 'Deus est', et interrogatio est 'utrum Deus est?' Et ob

7.4.7: E 92^{rb}, T 70^{ra}, V 91^{va}, B 91^{ra}, K 139^{va}, G 68^{va}

1 etiam] VB: om. ETKG || quod] VBKG: pro ET || non est verum] VBKG: quod praem. E: om. T 2 vel] VBKG: et ET || contrariatur] VB: contrarian- tur ET: contrarietur KG || corrumpetur] ETV: corrumpitur KG: .?. B 4 doc- tor] ETVB: auctor KG 5 opponentis] ETVB: ab oppositis KG || non] vel K 6 proprie] propter K || sed] ETV: secundum B: licet G: om. K || demonstan- dam] EV: demonstrativam T: et ad demonstrandum KG: probandam vel demon- strandam sed B 9 utramque] EVKG: .?. utramque add. T: ultimam B 10 contra- dictionis] quod non potest ?demonstrare add. B || autem] ETG: ergo VK: modo igitur B 11 opponens] ?antecedens B 11-12 utrum ... est] ETV: vel add. BG: om. K 12 nigrum] ETBG: etcetera add. V: et add. K 14 sed] ET: om. VBKG 15 est] ET: esset VBKG || signo] signa B || et ... interrogatio] om. B || est] TVK: et praem. E: vel praem. G: def. B 16 isto] EVBG: om. TK || signo] ETB: cuiusmodi est haec dictio add. VG: cuiusmodi esset haec dictio add. K 17 est] ET: om. VBKG

Summulae, De fallaciis

hoc sicut dicitur propositio una vel plures, sic et interrogatio. (4)
 Dupliciter autem propositio dicitur una, scilicet communiter et
 proprie. Communiter enim dicitur propositio una, sive unum prae-
 dicetur de uno, sive plura de pluribus dum tamen coniuncte. Et
 modo opposito dicitur propositio plures, si plura dicuntur de uno 5
 vel unum de pluribus vel plura de pluribus inconiuncte, prout hoc
 est determinatum in libro *Peri Hermeneias*.⁶⁶ Et isto modo omnis
 propositio est una, sicut omnis homo est unus homo; ideo nulla
 propositio plures est propositio, sed est plures propositiones. (5)
 Propositio autem proprie una dicitur illa solum quae est unius 10
 praedicati incomplexi et singularis numeri de uno subiecto incom-
 plexo et singularis numeri, ut ‘homo est animal’. Et opposita huic
 diceretur propositio plures omnis quae esset subiecti vel praedicati
 pluralis numeri vel quae esset plurium subiectorum vel praedicato-
 rum, quamvis coniunctorum. (6) Prout ergo propositioni proprie 15
 uni opponitur communiter propositio plures, multi sunt gradus
 propositionum plures. Primus gradus est immediatus propositioni
 proprie uni, scilicet si propositio sit unius praedicati incomplexi
 et de uno subiecto incomplexo pluralis numeri, ut: ‘totum est par-

1 sicut] VBKG: sic ET || propositio una] VBKG: una propositio ET || sic]
 VKG: sicut B: om. ET || et] est B 2-3 communiter ... una] om. T 3
 enim] VBKG: om. E: def. T || sive] ETVB: si KG 4 coniuncte] ETVB:
 coniunctim KG 5 uno] pluribus K 6 unum] plura add. E || pluribus] in-
 coniuncte add. E || plura] unum E || pluribus] uno K || inconiuncte] om. E
 8 una] ET: propositio add. VBKG 9 est ... propositiones] ETVG: propositiones
 plures B: propositiones K 10 solum quae est] quae solum V 11-12 de
 uno ... singularis numeri] VBKG: om. ET 12 opposita] VBG: oppositae ETK
 13 diceretur] EVBG: dicerentur T: dicuntur K || propositio] propositiones T ||
 omnis] EVBG: scilicet omnes T: om. K || quae] ETVK: ?quam BG || esset] EV:
 essent TKG: esse B 14 vel quae esset] om. B || esset] EVG: essent T: sunt K:
 def. B 15 propositioni] ?proprium E 16 communiter] TVBG: propositioni
 add. E: esse vel coniungitur K 17 propositionum plures] VBG: om. ET: propo-
 sitionis plures K || gradus] ET: om. VBKG || est] E: ?ame add. E 19 nu-
 meri] tamen praem. V 19-153.1 totum est partes] VBK: totum et partes et EG:
 partes sunt totum et T

66 Aristoteles, *De interpretatione* I.5, 17a, 16-17[■] et Johannes Buridanus, *Que-
 stiones longae super librum Perihermeneias*, (Ed. Van der Lecq), Nijmegen,
 1983, lb. 2, q. 4. p. 000.

7.4. De fallaciis extra dictionem

tes', 'unitates sunt numerus', et 'homines sunt animalia'. Secundus
 gradus est, si subiectum vel praedicatum est terminus complexus
 coniunctus tamen per modum determinationis et determinabilis,
 ut: 'homo est animal rationale mortale', et 'equus Sortis currit', et
 5 'homo albus est pater Platonis'. Tertius gradus est, si subiectum vel
 praedicatum sit plures termini hypothetice coniuncti, ut: 'Socra-
 tes et Plato currunt', 'compositum est materia et forma', 'Socrates
 currit vel disputat'. Quartus gradus est propositio hypothetica. Et
 apparet quod quilibet istorum graduum potest habere plures sub-
 10 divisiones et commixiones, et quod isti gradus non exeunt metas
 unius propositionis. (7) Alii autem sunt gradus qui exeunt ab uni-
 tate propositionis, etiam communiter dicta. Primus est, si ex parte
 vocis salvatur unitas sed non ex parte intentionis. Et haec pluralitas
 seu multiplicitas pertinet ad fallacias in dictione. Alii gradus sunt
 15 secundum multipliciter intentionum correspondentem multi-
 plicitati vocum aut circumscripta consideratione vocis. Et tunc est
 secundus modus, si ad modum propositionis categoricae, scilicet
 mediante una copula, plura praedicantur de uno vel de pluribus
 aut unum de pluribus inconiuncte, ut: 'homo, equus est animal',
 20 'homo, [est] equus, lapis, asinus est albus, calidus'. Tertius gradus
 est, si plura praedicantur de uno vel de pluribus aut unum de
 pluribus inconiuncte et ad modum propositionis hypotheticae, ut
 hic: 'Socrates currit, Plato currit', vel hic: 'Socrates currit, Socra-
 tes disputat', vel sic: 'Socrates currit, Plato disputat'. Isti ergo sunt

1 et] *ETKG: om. VB* 2 gradus] *ET: om. VBKG* || subiectum ... est] *om. V*
 2-6 est ... praedicatum] *om. K* 3 et] *VBG: aut ET: def. K* 4 mortale] *ET:*
om. VBG: def. K || et] *ETV: om. BG: def. K* || et] *ET: om. VBG: def. K* 6 sit
 plures] *ETVG: sunt plures B: sint pluralis numeri K* 7 currunt ... Socrates] *om. V*
 || est] *ETG: ex BK: def. V* || Socrates] *ET: et Plato add. VBG: vel Plato*
add. K 8 currit] *ET: currunt VBKG* || disputat] *ET: disputant VBKG* ||
 quartus] tertius *K* 9 potest] *ET: posset VBKG* 10 quod] *ETB: etiam*
add. VKG 11 exeunt] *ETVG: existunt B: essent K* 12 dicta] *EVBG: dictae TK*
 13 salvatur] *ETVB: sumatur KG* 14-15 alii ... intentionum] *om. B* 19 aut
 ... pluribus] *VBKG: om. ET* 20 lapis] *TVKG: redupl. EB* || albus] *ETBG:*
calvus V: om. K 21 est] *VBKG: om. ET* 21-22 aut unum de pluribus] *om. T*
 23 currit] *ETVB: disputat KG* 23-24 Socrates] *ET: Plato VBKG* 24
 disputat] *ETVB: currit K: om. G* || vel ... sic] *ET: om. VBKG*

Summulae, De fallaciis

septem gradus propositionum plures. (8) Et patet quod totidem
 modis potest dici interrogatio plures, quia omni orationi quae per
 modum propositionis profertur, potest addi nota interrogationis.
 (9) Cum ergo omnis propositio dicta una, vel communiter vel pro-
 prie, sit vera ita quod non falsa, seu falsa ita quod non vera, et non 5
 sit distinguenda de virtute sermonis, conveniens est interrogationi
 de ea dare unam responsionem determinatam, scilicet vel conce-
 dendo eam tamquam veram, vel negando eam tamquam falsam,
 vel dubitando saltem eam. Sed interrogationi plures in tribus ulti-
 mis modis non est danda una responsio, sed plures, quia nec ipsa 10
 est interrogatio una sed plures interrogationes. (10) Dicitur autem
 respondens sumere interrogationes plures ut unam, quando in-
 terrogationi plures respondet una responsione, ut respondendum
 est ad interrogationem unam. (11) Fallacia ergo secundum plures
 interrogationes ut unam, vel e converso, est deceptio proveniens 15
 ex eo quod nescitur quae sit interrogatio una vel plures, nec per
 consequens cui debet dari una responsio vel plures. (12) Causa
 apparentiae est convenientia quaedam interrogationis plures et
 interrogationis unius. Causa defectus est diversitas earum. (13)
 Modi autem in hac fallacia sunt multi, scilicet totidem quot 20
 modis contingit arguendo vel respondendo recipere interrogationem
 plures ut unam vel unam ut plures.

Huius fallaciae textus est bene longus, quia materia parum exquisita est per
 philosophos; ideo sumenda in determinatione de hac fallacia satis plane

1-2 et ... plures] VBKG: om. ET 2 orationi] VBKG: interrogationi ET
 6 distinguenda] dicenda B || interrogationi] VB: interrogationem ET: interro-
 ganti KG 7 determinatam] VBKG: determinatae ET || scilicet] ETVB:
 om. KG || vel] VBKG: om. ET 12-13 interrogationi] ETVK: interrogationes
 B: interrogatum G 13 ut] ET: sicut VBKG 16 nescitur] ET: non scitur VBKG
 17 cui] ETVB: om. KG 19 causa] ET: et praem. VBKG 20 multi] ET: valde
 add. VBKG 21 recipere] EVBG: decipere per T: percipere K || interroga-
 tionem] BG: interrogationes ETVK 23 fallaciae] ETV: septimae partis KG: autem
 partis B || bene] ET: om. VBKG || quia materia] redupl. necnon del. E ||
 parum] ETV: om. BKG 24 sumenda] ETB: est add. VKG || determina-
 tione] ETVB: determinata K: determinatae G || de] ETVG: est praem. B: om. K ||
 hac] haec K

7.4. De fallaciis extra dictionem

posita sunt in textu et quasi glosa non indigentia. Et potest ista septima pars dividi in tredecim particulas seu clausulas.

(1) Prima clausula notat, quare Aristoteles vocat istam fallaciam ‘secundum plures interrogationes ut unam’, et non ‘secundum plures propositiones ut unam’. Nam utrumque potest convenienter dici, sed Aristoteles dicit ‘interrogationes’ ad designandum quod haec consideratio sit de arte sophistica vel dialectica, in qua proprium est opponenti interrogare.⁶⁷

(2) Secunda clausula describit interrogationem, et (3) tertia ponit convenientiam et differentiam inter propositionem et interrogationem. Et ex hoc infertur quod ita interrogatio potest dividi in unam et plures sicut propositio. Et haec sunt manifesta.

(4) Quarta clausula dat unam divisionem propositionis unius, et declarat quid intellegimus per ‘propositionem dictam communiter unam’, et quid per propositionem plures, prout propositionem plures contraponimus propositioni communiter dictae uni. Et ostendit quod propositio sic dicta plures non est propositio iuxta illud dictum primo *Elenchorum* quod

1 et] VBKG: sed ET 2 dividi] ETVB: subdividi KG || tredecim] duodecim T 6 consideratio] ETBG: interrogatio V: oratio K || sit] ET: est VBKG 7 opponenti] ETVB: respondententi KG 8 ponit] EVBK: proponit TG 9 et differentiam] TBKG: om. EV || propositionem et interrogationem] TBKG: interrogationem et propositionem EV || et] ita add. B 10 ita] E: ista praem. V: ista T: om. BKG || dividi] ETVB: om. KG || sicut] ETVB: est K: et G 11 et] om. E 12 unam] ETVB: om. KG || propositionis unius] VBKG: unius propositionis ET 13 dictam communiter] VBKG: communiter dictam ET 14 quid per] ETVB: per G: om. K || propositionem] VBKG: om. ET || propositionem] VBKG: propositiones ET 16 primo] TVB: primi EKG

67 Moet ik hier een verwijzing opnemen?

Summulae, De fallaciis

eadem est definitio unius rei et simpliciter rei, ut ‘hominis’ et ‘unius tantum hominis’, similiter autem et de aliis.⁶⁸

(5) Quinta clausula ostendit quid intellegimus per ‘propositionem proprie unam’ et quid per ‘propositionem plures’, contraponendo eam propositioni proprie uni. 5

(6) Sexta et (7) septima clausulae distinguunt septem modos propositionum plures, distinguendo propositionem plures contra propositionem proprie dictam unam. Unde quattuor primi modi in sexta clausula positi non distinguuntur contra propositionem communiter dictam unam, sed alii tres modi positi in septima clausula distinguuntur tam contra propositionem communiter dictam unam quam proprie dictam unam. Et apparet quod omnia dicta in istis clausulis sunt manifesta satis. 10

(8) Octava clausula infert quod tot modis dici potest interrogatio plures quot modis hoc dictum fuit de propositione, et hoc patet ex tertia clausula.

(9) Nona clausula manifestat in quibus modis interrogationis plures 15 danda est interrogationi una responsio et in quibus non.

(10) Et decima clausula ostendit quid vocamus ‘sumere interrogationes plures’ vel ‘interrogationes plures ut unam’. Et haec omnia sunt satis manifesta.

1 hominis et] VBKG: definitio hominis et E^c: unius hominis et T: om. E 1-2 unius ... hominis] V: unius hominis EB: hominis T: unius hominis et tantum hominis KG 2 similiter ... et] V: similiter etiam G: similiter ostendit ET: et sic BK 6 et ... clausulae] om. K || clausulae] ETV: om. BG: def. K || distinguunt] distinguit K 6-7 propositionum] ETVB: propositionem K: propositionis G 7 propositionem] propositiones T 9 communiter] proprie K 9-11 sed ... unam] om. B 10-11 propositionem] ETV: om. KG: def. B 14 quot] ETV: quod KG: ?aliquod B || modis] ETVB: om. KG || hoc] om. K || hoc patet] ETVB: apparet KG 15 interrogationis] T: interrogationum E: ad interrogationem V: propositioni K: interrogationes B: interrogationi G 16 in] de E 17 et] om. E || clausula] ET: om. VBKG || ostendit] VBKG: etiam add. ET 17-18 interrogationes] ET: interrogationem VBKG 18 interrogationes] ETVB: interrogationem KG || sunt] TBKG: etiam praem. V: om. E

68 Aristoteles, *De sophisticis elenchis* 6, 169a9-11.

7.4. De fallaciis extra dictionem

(11) Undecima clausula describit istam fallaciam, et (12) duodecima assignat in ea causam apparentiae et causam defectus. Et est totum manifestum ex dictis.

(13) Ultima clausula dat modum sumendi et distinguendi modos huius fallaciae. Unde primus modus est de propositione proprie una, si sumatur ut plures. Verbi gratia, fiat interrogatio ‘utrum homo est animal?’; respondens dicat quod sic; opponens arguat contra quia: pro omni animali quod non est homo, potest animal vere negari de homine, et pro omni animali quod est homo potest vere affirmari de homine (et haec sit maior); sed plura sunt animalia quae non sunt homines quam quae sunt homines; ergo aequae vel magis tu debes istam negare ‘homo est animal’ sicut affirmare vel concedere, vel tu debes distinguendo respondere, scilicet quod pro talibus conceditur et pro talibus negatur.

Respondens autem solvet dicens quod nihil oportet distinguere, cum interrogatio sit una, nec pluribus responsionibus respondere, sed simpliciter concedenda est propositio de qua est interrogatio, scilicet quod homo est animal. Et tunc ad maiorem quam ponit opponens, scilicet quod pro omni animali quod non est homo, potest ‘animal’ vere negari de ‘homine’ et pro omni quod est homo, vere affirmari, dicetur quod haec est concedenda secundum plures interrogationes, sed non secundum unam, sicut est in proposito. Verbi gratia, secundum istam interrogationem ‘utrum homo est animal?’, non debet negari ‘animal’ de ‘homine’, sed simpliciter concedi; sed secundum istam aliam interrogationem ‘utrum homo est animal brutum?’ debet ‘animal’ negari de ‘homine’, et pro pluribus animalibus negatur vere ista: ‘homo est animal brutum’ quam vere affirmatur ista: ‘homo est animal’.

1 duodecima] *ETVB*: om. *KG* 2 in ea] *EVKG*: in eam *T*: om. *B* || causam] *EVKG*: om. *TB* 4 ultima] *ET*: tredecima et *praem.* *V*: tredecima *B*: duodecima et *praem.* *KG* 5 unde ... propositione] om. *T* 7 dicat] *ET*: ponit *VBKG* || arguat] *ET*: arguit *VBKG* 7-8 quod ... animali] om. *T* 8 omni] *EKG*: etiam *add.* *VB*: def. *T* 9 et] *ETVB*: om. *KG* || plura] *ETV*: multa *B*: multo *praem.* *KG* 10 ergo] tunc *E* 11 sicut] quam *K* 12 tu debes] *ETV*: saltem *praem.* *BG*: forte dubitare seu *K* 14 autem] ?ostendit *B* || solvet] *VB*: dissolvit *KG*: solum *ET* || dicens] *VB*: dicit *ET*: om. *KG* || nihil] *VBKG*: non *ET* 16 est] *ETVK*: om. *BG* 17 quod] *TVKG*: .?. quot *E*: om. *B* 18 animali] *BKG*: om. *ETV* 19 quod] *ETVB*: et *KG* 20 sed] et *E* 22-23 non ... animal] om. *B* 23 secundum] *ETVG*: etiam *K*: def. *B* 25 affirmatur] *ETBG*: affirmetur *VK*

Summulae, De fallaciis

Secundus modus est in propositione dicta plures ex eo quod est subiecti vel praedicati vel utriusque pluralis numeri; si credamus simpliciter seu proportionaliter esse praedicationes veras vel definitiones terminorum singularis numeri et terminorum pluralis numeri, sicut videmus quod si isti homines sunt caeci, quilibet eorum est caecus; si sunt albi, quilibet eorum est albus et e converso. Si igitur credamus ita esse in omnibus, decipimur in multis.

Primo quidem ubi aliquis terminus sumitur collective vel est collectivus, ut si quaeratur de omnibus hominibus unius civitatis, vel duarum, utrum ipsi sunt populus vel populi, et respondeatur quod sic, si inferatur: 'igitur quilibet eorum est populus', peccatur per secundum modum huius fallaciae. Ita etiam hic peccatur: 'omnes apostoli sunt duodecim; igitur Petrus est duodecim', vel 'ergo Paulus et Petrus sunt duodecim'. Similiter: 'isti equi valent decem libras; igitur quilibet eorum valet decem libras', vel 'partes sunt suum totum; igitur quaelibet pars est suum totum', vel 'intellegentiae sunt multae, ergo intellegentia est multa'.

Similiter decipimur per istum modum in terminis non collectivis neque collective sumptis, si credimus in omnibus proportionaliter dici singulariter et pluraliter in praedicationibus negativis. Ut si, demonstratis duobus, uno bono et altero malo, vel uno caeco et altero vidente, quaeratur an isti sunt boni, an isti sunt caeci, et dicatur quod non sunt boni vel non sunt caeci,

1 ex] VBKG: om. ET 4 et] ETVB: vel KG || videmus] ET: nos praem. VBKG
 || si] E^c: om. E 5 si sunt albi] EVKG: si autem albus T: sed sunt aliqui
 albus B 6 in omnibus] VBKG: om. ET 8 ubi] ETVB: om. KG ||
 sumitur] ETVB: singularis K: ?simpliciter G || vel] ETVB: sumptus praem. K:
 om. G || est] om. K 9 duarum] civitatum add. V 10 populus] populi B ||
 vel] ETVB: etiam add. V: om. KG || populi] ETV: om. KG: genus B 12
 hic] ET: om. VBKG || peccatur] ET: dicendo add. VBKG || apostoli] ETKG:
 Dei add. VB 12-13 igitur ... duodecim] ETVB: igitur quilibet illorum sunt
 duodecim K: om. G 13 ergo] TVB: om. E: def. KG 14 libras] grossarum
 add. B || libras] grossarum add. B || partes] TBG: omnes praem. E: pars? VK
 15 pars] EBG: om. TVK || vel] ETKG: etiam add. VB 17 decipimur] ET:
 etiam praem. V: etiam deciperemur BKG || neque] TVB: nec KG: sive non E 18
 credimus] ETK: crederemus BG: crederentur V || proportionaliter] ET: debere
 praem. VB: probabilibus K: ?proportionabiliter G 19 duobus] VBKG: om. ET
 20 vel] om. E || an ... sunt] ETVB: om. KG 21 boni] TVB: om. EKG ||
 sunt] ET: scilicet quod non praem. VBG: similiter quod non praem. K || vel] ET:
 om. VBKG 21-159.1 sunt ... non] ETV: om. BKG

7.4. De fallaciis extra dictionem

non potest inferri ‘ergo neuter est bonus’ vel ‘ergo neuter est caecus’, immo de nullo eorum per se sumpto potest concludi quod ipse non est bonus, vel ipse non est caecus.

Et secundum istum modum procedit istud sophisma. Posito quod hic
 5 sint decem homines, quorum unus est caecus et alii novem videntes: “An ergo sunt plures qui non vident quam qui vident, vel econverso?” Et ego respondeo quod plures sunt qui non vident, quia decem sunt qui non vident et solum sunt novem qui vident. Sed tu arguis contra quia: unicus est qui non videt et novem sunt qui vident, et novem sunt plures quam unus; ergo
 10 etc. Dico quod maior et minor sunt verae, ideo bene sequitur ‘ergo plures sunt videntes quam ille qui non videt’, sed non sequitur ‘ergo plures sunt videntes quam illi qui non vident’. Si autem ponatur casus quod duo sunt caeci et alii octo videntes, tunc de duobus tantum erit verum dicere quod quilibet eorum non videt, et de octo erit verum dicere quod quilibet eorum
 15 videt; nonne ergo sunt plures qui vident quam qui non vident? Et ego dico quod non, sed sunt plures quorum quilibet videt quam quorum quilibet non videt. Sed adhuc circa hoc tu quaereres incidentaliter utrum in praedicto casu plures sunt non videntes quam videntes. Et ego dico quod non, immo plures sunt videntes, quia solum duo sunt non videntes, licet decem sint qui
 20 non vident. Differt enim dicere ‘qui non vident’ et ‘qui sunt non videntes’, quia haec negativa, illa affirmativa.

1 ergo] *om. E* || ergo] *VB: om. ETKG* || immo] *ETK: etiam add. VBG*
 3 ipse] *TVB: quod praem. EKG* 5 novem] *ET: sunt add. V: sunt B: om. KG*
 6 non ... quam] *EVB: ?. T: non vident vel KG* 7 non] *Ec: om. E* || decem] *Ec:*
 novem *E* 8 sunt novem] *Ec: ?. E* || vident] *EVKG: non praem. TB* ||
 unicus] *ETVG: unus K: ?unius B* 9 sunt qui vident et novem] *om. T* 9–10 ergo
 etc.] *VBKG: om. ET* 10 dico] *ETV: ego praem. BG: et ego praem. K* ||
 et minor] *ETB: tua et etiam minor VG: una et minor etiam K* || ergo] *ETVB:*
 quod *KG* 11–12 ille ... illi] *om. B* 12 videntes] *ETKG: om. V: def. B* || quam
 illi] *VKG: illis ET: def. B* || casus] *ETVB: om. KG* 13 tantum ... quod] et cum
 verum dico *B* || erit] erat *E* 14 quilibet ... quod] *om. T* || eorum ... et] *EBG:*
 videt eorum *V: de duobus verum erit dicere quod quilibet eorum non videt et add. K:*
def. T || erit] *VKG: erat E: est B: def. T* || dicere] *VBKG: et praem. E: def. T* ||
 eorum] *ETB: om. VKG* 15 nonne] *ETV: om. BKG* 17 tu] *VBKG: om. ET* ||
 praedicto] *ETV: dicto BKG* 18 sunt] *EVB: sint KG: om. T* 19 decem] *EcV:*
 octo *ETBKG* 20 non] *EVBG: om. TK* || vident] *ETVB: videant KG* ||
 differt] *ETV: refert BKG* || non] *om. K*

Summulae, De fallaciis

Et notandum, ut Aristoteles⁶⁹ innuit, quod non proportionaliter oportet
semper describere terminos singularis numeri et terminos pluralis. Ut si
omne quod est aptum natum habere visum et non habet visum, est caecum,
non sequitur quod quaecumque sunt nata habere visum et non habent, sunt
caeca, sed est sic concludendo ista fallacia; sequitur enim quod Socrates et
Plato essent caeci, si unus haberet visum et alter non haberet. Sed apparet
mihi quod bene sequitur, si omne quod est aptum natum habere visum et
est non habens visum, est caecum, quod etiam omnia quae sunt apta nata
habere visum et sunt non habentia visum vel visus, sunt caeca.

Quidam autem dicunt quod in casu praedicto, scilicet quod unus est
caecus et alter videns, si interrogatio sit ‘utrum isti sunt caeci?’, quia est
interrogatio plures, non debet dari responsio una, scilicet dicendo quod sic
aut dicendo quod non, sed danda est responsio plures, scilicet dicendo quod
unus est caecus et alter videns. Tamen hoc non reputo bene dictum, quia
propositio est una, licet non propriissime dicta una, nec quaerebatur ista
quaestio, scilicet ‘utrum unus est videns et alter est caecus?’. Ideo non debet
ad illam responderi. Et si quis dicat quod talem responsionem innuebat
Aristoteles ad istam quaestionem ‘utrum isti sunt caeci?’, dico quod non,
sed bene poterat innuere quod data solutione una, scilicet quod non sunt
caeci, potest ad manifestationem illius solutionis assignari causam quare
non dicuntur caeci; haec enim est quia, licet unus est caecus tamen alter
non est caecus, sed videns.

1 notandum] ETK: est *praem.* BG: est etiam *add.* V || non] *om.* K 2
describere] ET: describi VKG: denumeri? B || terminos ... pluralis] *om.* B ||
pluralis] EV: numeri *add.* TKG: *def.* B 3 habet] videt T || visum] EVB:
om. TKG 4-8 non ... caecum] *om.* K 5 est] ETV: *om.* BG: *def.* K ||
sic] VBG: hic ET: *def.* K || concludendo] V: concludenda E: concludendum T:
concluderetur B: ?concludere est G: *def.* K 6 unus] TVBG: eorum *add.* E: *def.* K ||
sed] TVBG: *om.* E: *def.* K 8 est] EV: *om.* TBG: *def.* K 8-9 quod ...
visum] *om.* B 8 omnia] ETV: *om.* KG: *def.* B || apta] ETK: *om.* VG:
def. B 9 sunt] ETV: *om.* BKG || habentia] habent K || caeca] VBKG:
etcetera *add.* E: caeci T 12 scilicet dicendo] TV: aut *add.* E: *om.* BKG
13 dicendo] *om.* E || quod] sic *add.* *necon del.* E || dicendo] EV: *om.* TBKG
15 quaerebatur] ETB: quaeratur V: quaerebat KG 16 est] ETVK: *om.* BG
17 responsionem] E^cVBKG: interrogationem ET 17-18 innuebat ... caeci] *om.* G
17 innuebat] ETV: innuit BK: *def.* G 19 poterat] poterit E 20 illius] EBG:
unius TVK

69 Aristoteles, *De sophisticis elenchis* 5, 168a13-17.

7.4. De fallaciis extra dictionem

Tertius modus est de propositione quae est subiecti vel praedicati plurium terminorum coniunctorum per modum determinationis et determinabilis, ut si sit interrogatio ‘utrum homo est animal irrationale?’ Si enim dico quod sic, sequitur quod homo est animal et quod est irrationalis, quia
 5 utrumque affirmabatur de homine, et si dico quod non, sequitur quod homo nec est animal nec irrationalis; sicut enim respondens affirmative affirmat utrumque, sic respondens negative negat utrumque.

Sed ego dico quod simpliciter debeo respondere quod non, et sic respondendo ego de homine nego ambo, scilicet ‘animal’ et ‘irrationale’,
 10 non tamen tamquam duo praedicata sed tamquam unum. Sed tu arguis ac si negarem ea de homine tamquam duo praedicata; ideo peccas per illam fallaciam, arguendo de interrogatione et responsione una ac si esset interrogatio et responsio plures.

Quartus modus est de propositione subiecti vel praedicati hypothetici,
 15 ut si sit interrogatio ‘utrum Socrates est homo vel asinus?’, aut ‘utrum Socrates est homo et asinus?’. Nam si dicis quod sic, tu affirmas utrumque de Socrate, quia enim ratione tu affirmas unum, tu affirmas alterum; et sic sequitur quod Socrates est homo et asinus; et si dicis quod non, tu negas utrumque de Sorte, quia qua ratione unum eadem ratione alterum; ideo
 20 sequitur quod Socrates nec est homo nec asinus.

Respondeo, ut prius, quod affirmando affirmo utrumque et ambo, sed non seorsum, ut duo praedicata, sed coniunctim utrumque cum alio tamquam unum praedicatum; et sic etiam de negando, et tu arguis ac si affir-

1 est] *ET*: potest assignare *VBKG* || de propositione] *ETVB*: om. *KG* || quae] *ETVB*: qui *KG* 3 est] *EVKG*: sit *TB* || irrationale] *E^c*: rationale *E* || enim] *VKG*: om. *ETB* 4 dico] *ETVG*: dicitur *BK* || sequitur] sequeretur *E* || irrationalis] *ETV*: irrationale *BKG* 5 homo] *ETV*: om. *BKG* 6 irrationa-
 lis] *ETV*: irrationale *BKG* 8 sed] *ETV*: et *BKG* || sic] *ETV*: si *BKG* 9 respon-
 dendo] respondeo *K* || ego] *EVBG*: om. *TK* 10 tu arguis] *ETVB*: si tu arguas *KG*
 11 ea] *EVBG*: eam *TK* || peccas] *EVG*: peccat *K*: peccans *TB* 15 ut] et *E* ||
 aut] *ETB*: etiam *add. VKG* 17 Sorte] *ETVB*: homine *KG* || qua] *EVKG*:
 quia *praem. T*: quod *B* || enim] *VBKG*: om. *ET* || unum] *ETVB*: unam *KG* ||
 tu] *ETVG*: om. *BK* || alterum] *EVB*: alteram *KG*: reliquum *T* 18 et] *EVB*: So-
 crates est *add. T*: quod Socrates est *add. K*: est *add. G* 20 nec] *EV*: est *add. TBKG*
 21 affirmo] *ETV*: om. *BKG* 22 ut] *ET*: tamquam *VBKG* 23 unum] *ETK*:
 unicum *VBG*

Summulae, De fallaciis

marem vel negarem ea tamquam plura praedicata. Si quaeras de copulato praedicato, negabo simpliciter, et si quaeras de disiuncto, dicam simpliciter quod sic, quia copulatum falsum pro una parte est falsum simpliciter, et disiunctum verum pro una parte est simpliciter verum.

*

Circa hoc est magna dubitatio, quomodo sit respondendum ad istam interrogationem ‘utrum chymaera est ens vel non?’. Et videtur mihi quod non est haec interrogatio perfecta, nisi ponatur esse interrogatio categorica. Tamen oportet dicere quod sit de praedicato disiuncto et haec dictio ‘non’ significative sumpta, cum sit pure syncategorematica, non potest esse pars praedicati disiuncti disiuncta contra istum terminum ‘ens’, nisi apponatur ultra alius terminus categorematicus, ut dicendo ‘utrum chymaera est ens vel non ens?’, aut aliquo alio modo.

Et ideo videtur mihi quod haec interrogatio potest multipliciter suppleri vel exponi.

Uno modo quod negatio in supplemento non praecedat copulam, sed solum istum terminum ‘ens’, quem infinitat, et erit quaestio ‘utrum chymaera est ens vel non ens?’. Et responsio erit quod non, quia nec est ens nec non ens; ideo non est ens vel non ens.

Secundo modo potest suppleri quod negatio in supplemento praecedat copulam, et erit quaestio ‘utrum chymaera est ens vel non est ens?’. Et

1 ea] EVKG: om. T: eam B || si] T: sed praem. E: ergo add. VBG: similiter K ||
copulato] ETVB: toto KG 2 negabo] ETV: nego K: negabitur B: .?. G 2-3 et ...
sic] om. E 3 quia] ETKG: quod V: ?quae B || falsum] BKG: est praem. ETV ||
parte] TBKG: eius praem. E: ergo V || est ... simpliciter] om. E 3-4 et ...
verum] om. K 4 pro ... verum] TVBG: om. E: def. K || simpliciter] VBKG:
om. ET 5 istam] ETVB: om. KG 6 non] ETV: quia non add. KG: se-
cunda B 7 haec] EKG: om. T: sic V: .?. B || perfecta] imperfecta B ||
nisi] ETV: si enim BKG 7-8 tamen] ETVG: tunc BK 8 disiuncto] disiunc-
tim E || haec dictio] TVBG: hoc dico EK 10 nisi] EVB: si non T: non KG ||
apponatur] VB: ponatur ETG: possibilis K 11 ultra] om. K || categoremathi-
cus] syncategorematicus T || ut] scilicet E || dicendo utrum] VBKG: om. ET
13 ideo] VKG: om. EB: ?non T 15 supplemento] ETG: supplendo VB: suppo-
sito K 16 infinitat] ETVK: infinitet G: infert B 18 ideo] ETV: immo BKG ||
est] ETVB: om. KG || non] om. G 19 supplemento] ETBG: supplendo V:
supposito K 20 est] ETVG: om. BK

7.4. De fallaciis extra dictionem

dicendum est quod sic, quia quaestio est de ista propositione ‘chymaera est ens vel non est ens’, quae est vera et concedenda. Prima quaestio erat de praedicato disiuncto solum, et secunda est de disiuncto praedicato et copula.

5 Tertio modo potest suppleri per unam propositionem disiunctivam ad aliam propositionem et erit quaestio ‘utrum chymaera est ens vel chymaera non est ens?’. Et dico quod sic, quia quaestio est una disiunctiva, quae est vera. Vel etiam in isto tertio modo potest negatio praeponi toti categoricae secundae, ita quod secunda categorica erit contradictoria primae, ut ‘utrum
10 chymaera est ens vel nulla chymaera est ens?’; et dicendum est quod sic, ut prius.

Quarto modo potest suppleri quod disiunctio disiungeret interrogationem ad interrogationem, scilicet sic: ‘utrum chymaera est ens vel utrum chymaera non est ens?’. Et essent tunc duae interrogationes de duabus ca-
15 tegoricis, licet disiunctive propositae, et possent copulative proponi dicendo ‘utrum chymaera est ens et utrum chymaera non est ens?’. Et si ad ambas vellem respondere, oportet ad quamlibet quaestionem dare suam respon- sionem, scilicet ad primam quod non, et ad secundam quod sic; prima enim quaerit de ista categorica ‘chymaera est ens’, quae est falsa, et secunda
20 quaerit de ista ‘chymaera non est ens’, quae est vera; ideo concedenda. Et est notandum quod differt illas duas propositiones proponere disiunctive et copulative, quia disiunctive proponendo eas sufficit quod respondens ad

1 quia] *om. T* || quaestio] *TVKG*: propositio *B*: sic *E* 2 est] *om. K* || prima] *ET*: ergo *add. VBKG* || erat] *erit E* 3 est] *TVKG*: *erit EB* 5 ter- tio] alio *E* || propositionem] *ETVB*: *om. KG* || disiunctivam] *ETKG*: disiunc- tam *VB* 7 dico] *ET*: dicendum est *VBKG* || una] *ETV*: de *praem. BKG* 8 potest] *ETK*: posset *VBG* 9 secundae] *ETVG*: secundo *K*: *om. B* || erit] *ET*: esset *VBKG* 10 quod] *TB*: *om. EVKG* || sic ut] *TB*: ut *E*: sicut *VKG* 12 po- test] *ETBK*: posset *VG* 12-13 interrogationem] *VBKG*: propositionem *ET* 15 propositae] *ETVB*: propositis *KG* || possent] *VKG*: potest *ET*: posset *B* 16 non est ens] *TBKG*: est non ens *E*: est etcetera *V* 17 vellem] *ETV*: vel- lemus *BKG* || oportet] *ETG*: oporteret *VBK* 18 et] *om. E* 18-21 prima ... quod] *om. E* 18 enim] *VBKG*: *om. T*: *def. E* 21 differt] *TV*: et ?ergo ?dicit *E*: *om. BKG* || illas] *V*: istas *T*: ad *praem. BKG*: *om. E* || duas] *VBKG*: *om. ET* || propositiones] *TV*: quaestiones *BKG*: *om. E* || proponere] *ETVG*: propositio- nis *K*: propositas *B* 22 copulative] ut ?posset *add. E* 22-164.2 quia ... utramque] *om. E* 22 quia] *TVG*: quod *BK*: *def. E* || sufficit] *VBKG*: suffice- ret *T*: *def. E*

Summulae, De fallaciis

unam respondeat ad quam voluerit, sed proponendo copulative oportet, si satisfaciat opponenti, quod respondeat ad utramque.

Adhuc, quinto modo, potest exponi dicta interrogatio quod sit de illa categorica solum 'chymaera est ens' et apponitur illa clausula 'vel non' ad denotandum quod respondens respondeat determinate aut 'sic' aut 'non'. Et 5
apparet mihi quod opposites sic communiter formantes suas quaestiones istum ultimum modum intendunt.

*

Quartus autem modus huius fallaciae est de propositione categorica praedicati vel subiecti hypothetici, ut si sit interrogatio 'utrum Socrates sit homo 10
et asinus?', vel 'utrum Socrates est homo vel asinus?'. Si respondeas quod sic, affirmas utrumque de Socrate, ideo affirmas quod Socrates est asinus; et si dicas quod non, tu negas utrumque, ideo negas quod Socrates est homo.

Respondeo quod concludendo tu deficis per istam fallaciam, tu enim concludis ac si negarem vel affirmarem 'hominem' vel 'asinum' de Socrate inconiuncte, tamquam duo praedicata; non autem sic facio, sed coniuncte, 15
tamquam unum praedicatum disiunctum vel copulatum. Si ergo interrogatio fiat de praedicato disiuncto, dicam simpliciter quod sic, et si fiat de praedicato copulato, dicam simpliciter quod non. Et sic concludens solum peccat per istam fallaciam.

1 ad] TV: om. BKG: def. E || oportet] TV: om. BKG: def. E 2 oppo-
nenti] TV: quaerenti oportet KG: quaerenti B: def. E 3 adhuc quinto] alio E ||
potest] ETKG: posset VB || interrogatio] ETVB: quaestio K: ?. G 5 de-
notandum] EVB: notandum KG: ?demonstrandum T || respondeat determi-
nate] ETVB: determinet K: determinat G 8 quartus ... fallaciae] V: etiam iste
modus] E: quintus modus huius fallaciae TBKG 9 Socrates sit homo] ETV: homo
est animal BKG 10 vel] ETB: etiam add. VKG || Socrates ... homo TV:] So-
crates sit animal E: homo est animal BKG 11-12 de ... homo] ut dictum est
in principio istius modi si negas negas (!) utrumque E 11 Socrate] TV: ho-
mine BKG: def. E || Socrates] TV: homo BKG: def. E 12 ideo negas] TKG:
de Sorte praem. V: de homine ?. B: def. E || Socrates ... homo] T: Socrates sit
homo V: homo est animal BKG: def. E 13 deficis] ETV: defecisti BKG ||
tu enim] VBKG: omnino add. T: nam E 14 concludis] concludendum E || ne-
garem vel] om. E || hominem] ETV: animal BKG || vel] VK: et EBG: om. T ||
Sorte] ETV: homine BKG 15 coniuncte] affirmo vel praem. E 16 unum] TBK:
unicum EVG 17-18 disiuncto ... praedicato] om. B 18 simpliciter] E:
om. TVBKG 18-19 et ... fallaciam] E: om. TVBKG

7.4. De fallaciis extra dictionem

Quintus modus est de propositione hypothetica simili modo, ut si quaeratur ‘utrum homo est asinus vel Deus est?’, vel etiam ‘utrum tu es asinus vel Deus est?’, et ‘utrum tu es asinus et Deus est?’. Et si dicas quod sic, arguitur ut prius quod tu concedis te esse asinum; si , negas Deum esse. Tu
 5 debes proportionaliter prioribus respondere, scilicet quod tu concedis vel negas ambas non inconiuncte, tamquam duas propositiones, sed coniuncte, tamquam unam propositionem hypotheticam; ideo non sequitur quod concluderetur.

Sextus modus esset de propositione plures secundum aequivocationem
 10 vel amphiboliam, si istam fallaciam extenderemus ad fallacias in dictione, sicut fecimus de fallacia ignorantiae elenchi.

Et tunc de hoc dicunt quidam quod ista propositio ‘omnis canis est subiecta’ est simpliciter concedenda, licet ‘canem’ capiamus secundum suam triplicem significationem, et ista est simpliciter neganda ‘omnis canis est la-
 15 trabilis’. Sed male dicunt isti, quia illa oratio non esset propositio, nec de ea esset interrogatio, sed nihil proponeretur vel interrogaretur, aut essent plures propositiones et interrogationes se habentes inconiuncte, propter quod oporteret ad quamlibet seorsum respondere, quamvis omnes essent concedendae; vel dicere aequivalenter, scilicet ‘Domine, dico quod ibi sunt tres
 20 propositiones seu interrogationes, et quamlibet concedo vel nego’. Istum autem modum dimitto tamquam pertinentem ad fallaciam aequivocationis vel amphiboliae.

1 quintus] sextus *T* 2 utrum ... etiam] *ET: om. VBKG* || tu es] *EVB: homo est T: ens est KG* 3 est] dialecticus *add. T* || et] *ET: vel etiam VBKG*
 4 quod] *ET: sic add. G: si dicas quod sic add. B: si dicas quod sic add. V: tu concedis Deum esse et sic K* || tu concedis] concedit *B* || dicas ... non] *VBKG: negas ET* 5 debes] *ETVB: dicas KG* || proportionaliter] correspondenter *T* || prioribus] cum *praem. V* || respondere] *EVB: correspondere proportionaliter T: om. KG* 6 inconiuncte] coniuncte *T* 9 sextus] *EV: septimus T: etiam add. BKG* 10 fallaciam] *ETVB: om. KG* 13 canem] *ETVB: tamen KG*
 16 sed] *ETVB: ?si KG* 17 quod] *EV: hoc praem. B: quam T: hoc K: oportet hoc add. G* 18 oporteret] *ETB: oportet VKG* || essent] *VB: esset ET: oporteat K: oportet G* 18-19 concedendae] *VB: concedere ETKG* 19 Domine] *ETVB: om. KG* 21 modum dimitto] dimittendo *E*

Summulae, De fallaciis

Sextus modus esset de propositione plures ex inconiunctione plurium subiectorum vel praedicatorum, ut si quaeratur ‘utrum Socrates est homo asinus?’, vel ‘utrum homo lapis est animal?’. Si enim respondeatur quod sic, non bene respondetur, nec etiam si respondeatur quod non, quia vel nulla est ibi interrogatio propter inconnexionem orationis, vel supplendae erunt orationes duae et propositiones inconiunctae, scilicet ‘utrum Socrates est homo?’, ‘utrum Socrates est asinus?’; et si debeat bene respondere, oportebit respondere seorsum ad utramque. Nam si simpliciter dices quod sic aut quod non, vel tu ambas concederes aut negares aut nullam, et qua ratione unam eadem ratione aliam; et si ambas concederes aut negares, hoc non esset coniuncte tamquam unam propositionem, quia sic non quaeruntur, sed hoc esset inconiuncte tamquam duas propositiones. Ideo sequitur quod quaelibet seorsum affirmata vel negata esset. Quod ponere esset falsum.

Septimus modus est de propositione plures ultimorum modorum in septima clausula distinctorum, ut si quaeratur ‘utrum tu es homo, tu es asinus?’ vel etiam ‘utrum homo est asinus, Deus non est?’. Qui enim respondet simpliciter quod sic vel quod non, debet dicere sicut dicebamus de modo praecedente. Sed tu dices quod ibi non est nisi una interrogatio, cum ibi ponatur unica nota interrogationis, scilicet unicum ‘utrum’.

Respondeo quod si sit ibi unicum ‘utrum’ tam secundum intentionem quam secundum vocem, tunc illa congeries vocum nec erit interrogatio nec interrogationes propter defectum constructionis ex inconnexione dictionum. Nam unica nota interrogationis non potest secundum constructionem

1 sextus] octavus (!) T || modus] ETVG: etiam praem. BK || plures] VB: om. ETKG || inconiunctione] EVBG: coniunctione TK 2 praedicatorum] inconiuncte add. T 4 nec] ETKG: neque VB 5 ibi] ETV: om. BKG || supplendae] VBKG: etiam praem. ET 6 erunt] ETVB: essent KG 7 si] om. K || debeat] ET: oporteat BG: oportet V: oportebit K 8 oportebit respondere] om. K || dices] ETVB: dicam KG 9-11 aut ... negares] VB: om. ETKG 13 quod] ET: om. VBKG 13-14 esset] ET: om. VBKG 15 septimus] EVKG: alius B: nonus T 16 ut si quaeratur] ETVB: om. KG 17 qui] ET: est KG: om. VB || respondet] ET: est respondendum VB: respondendum KG 18 debet dicere] ET: om. VBKG || dicebamus] ET: dicebatur VBKG 19 dices] ETV: dices BKG 19-20 cum ... interrogationis] om. T 20 unicum] EVKG: om. TB 22 interrogatio nec] ETVB: om. KG 23 ex] ET: eius praem. B: ?cum V: om. KG 24 constructionem] EKG: ?stare add. T: connecti add. VB

7.4. De fallaciis extra dictionem

cum pluribus propositionibus inconiunctis connecti. Oportet ergo, si debeat
ibi aliqua esse interrogatio, quod utraque interrogatio habeat suum 'utrum'.
Et erunt tunc duae interrogationes inconnexae, ac si sic quaeramus 'utrum
tu es homo? utrum tu es asinus?;' ideo utrique oportet dare suam propriam
5 responsionem vel sequitur inconueniens, ut dictum est.⁷⁰

7.4.8.

⟨De totali numero fallaciarum⟩

(1) Ex determinatis manifestum est quod sub hoc nomine ge-
nerali 'fallacia' contentae sunt tredecim species fallaciarum. (2)
Quae, vel earum aliquae, si concurrunt in eadem argumentatione
sophistica, non tamen concurrunt secundum eandem causam ap-
10 parentiae et eandem causam defectus. (3) Et non sunt illae species
specialissimae, sed subalternae, divisibiles in plures alias species;
ideo etiam possunt dici tredecim genera fallaciarum, scilicet sub-
alternae. Et possent poni plures aut pauciores species fallaciarum
significantes omnes fallacias et non concurrentes secundum quod
15 staretur in prioribus divisionibus aut quod ultra procederetur ad
posteriores.

(1) Ista octava pars ac ultima huius capituli infert ex praedeterminatis
numerum fallaciarum quia sunt tredecim secundum speciem, et illas per
prius nominamus; et hoc est quod dicit prima clausula in hac parte.

7.4.8: *E* 94^{ra}, *T* 71^{rb}, *V* 93^{rb}, *B* 93^{rb}, *K* 141^{vb}, *G* 70^{ra}

1-2 propositionibus ... utrum] *E*^c*VBKG*: om. *ET* 1 connecti] *E*^c*KG*: om. *VB*:
def. *ET* 3 tunc] *ETVB*: om. *KG* 4 utrum] *VBK*: om. *ETG* || oportet] *VB*:
esset *ETKG* 5 sequitur] *VKG*: sequeretur *ETB* 10 eandem] *EVBG*: secundum
praem. T: om. *K* || causam] *ETVB*: om. *KG* 15 staretur] *ETVG*: stetit *B*:
patet *K* 17 praedeterminatis] *ET*: determinatis *VBKG* 18 quia] *ETVB*:
quae *G*: et illae *K* || per] *ET*: species *VB*: om. *KG* 19 est] om. *T* ||
quod] *EVBG*: om. *T*: cum *K*

70 Johannes Buridanus, *Summulae, De fallaciis*, §7.4.7, pp. 000⁰⁰⁰⁻⁰⁰⁰. (p141¹⁶⁻²⁰,
fase 7)

Summulae, De fallaciis

Modus autem sumendi istum numerum secundum praedeterminata
 esset ponendo quod sophista intendens principaliter fallaciam respondentis,
 ut inde appareat sapiens, cum non sit, intendit contra respondentem facere
 elenchum non verum, sed apparentem. Est autem elenchus syllogismus
 contradictionis; vel, largius sumendo ‘elenchum’, elenchus est argumentatio
 contradictionis. Cum ergo fiat fallacia ex defectu elenchi cum apparentia, 5
 hoc potest esse uno modo ex defectu contradictionis, alio modo ex defectu
 argumentationis.

Et secundum primum modum huius divisionis fit fallacia ignorantiae
 elenchi, et hoc membrum remanet indivisum in hac oratione, licet posset 10
 subdividi, quia secundum ipsum posset fieri fallacia in dictione vel extra
 dictionem, sed secundum membrum dividitur, quia secundum ipsum fit
 fallacia in dictione vel extra dictionem.

Et iterum modus fallendi in dictione dividitur in sex fallacias, sicut prius
 apparuit. Modus autem fallendi extra dictionem ex defectu argumentatio- 15
 nis fit: aut ex defectu probationis propter ignorantiam antecedentis, licet sit
 bona consequentia – et est fallacia petitionis principii, vel ex defectu con-
 sequentiae, et tunc illa consequentia defectuosa, vel est ad similitudinem
 syllogismi vel non. Si sic: tunc vel ad similitudinem syllogismi ostensivi – et
 vocatur fallacia accidentis; vel syllogismi ad falsum vel ad impossibile – 20
 vocatur fallacia secundum non causam ut causam. Et si non fit consequentia
 ad similitudinem syllogismi, tunc vel fit secundum habitudinem apparentem
 termini ad terminum – pro quo membro ponitur fallacia secundum quid ad
 simpliciter, vel propositionis ad propositionem – pro quo ponitur fallacia
 secundum plures interrogationes ut unam, vel consequentiae ad consequen- 25
 tiam – pro quo ponitur fallacia consequentis. Et haec omnia dicta sunt prius.
 Unde non est nisi congregatio et recapitulatio praedeterminatorum.

4 non] *VBKG: om. ET* 6 cum apparentia] causa apparentiae (!) *K* 7
 esse] *ETKG: dupliciter add. VB* 9 modum] *EVKG: om. T: membrum B* ||
 fit] *ETKG: dicitur VB* 10 oratione] *ETKG: enumeratione B: enim enumerati-*
one V 11 posset] *EVBG: potest TK* || vel] *ET: fallacia add. VKG: et fallacia B*
 12–13 sed ... dictionem] *VBKG: om. ET* 16 aut] *EVKG: uno modo T: autem*
proprie praem. B 17 consequentia] *redupl. sed del. E* 19–20 si ... acciden-
*tis] *ETVB: om. KG* 19 tunc] *VB: om. ET: def. KG* 20 vel syllogismi] *om. K* ||
 ad falsum] *ETVB: om. KG* 21 fallacia] *ET: om. VBKG* 23 ad] *ETKG: et VB*
 24 quo] membro *add. B* 27 nisi] *ETKG: habere praem. V: hic praem. B* ||
 praedeterminatorum] *ETVB: praedictorum KG**

7.4. De fallaciis extra dictionem

(2) In secunda autem clausula huius partis notatur quod aliquae harum fallaciarum bene concurrunt in aliquo paralogismo eodem, sed tamen in eo distinguuntur formaliter ex diversis causis apparentiarum vel defectuum. Propter quod dicit Aristoteles secundo *Elenchorum* quod nihil prohibet
5 eandem orationem plures fallendi occasiones habere.⁷¹

(3) Tertia clausula ponit quod istae tredecim species fallaciarum non sunt species specialissimae, et etiam ostendit quod posset dari maior vel minor numerus specierum fallaciarum. Et haec omnia manifesta sunt ex praedeterminatis.

2 in eo] *ETB: om. KG: non add. V* 5 orationem] dictionem *B* 6 tredecim] *ETVG: fallaciae seu add. BK* 7 specialissimae] *ETKG: etcetera add. VB* || et] *EVBG: sed T: om. K* || etiam] *ETKG: quarta VB* || posset] *EVB: possit TG: potest K* 8 specierum] *EBKG: om. TV* 9 praedeterminatis] *ETK: determinatis VBG*

71 Aristoteles, *De sophisticis elenchis* 24, 179b17–18.

